

2

M E D I C I  
PRÆSENTI SECULO  
ACCOMMODANDI,

P A R S   A L T E R A ,

Quæ

METHODUM MEDENDI

*Paucis*

SPECIALIUS

indigitat,

*Et præmissa morbis curandis  
adaptat.*

OBILISSIA

DN. JO

VOD

Norimbergen

tio, S.R.L. Ac  
juncto

DN.

Professori ap

ma, C.P. C.U

Moscon, Baden

Edicte

DN. S

S

francofutta

tura Curio

DN. M

I

Bernensis N

Primi

VIRIS  
NOBILISSIMIS, EXPERTISSIMIS,  
AMPLISSIMIS,

DN. JOH. GEORGIO  
VOLCKAMERO,

Norimbergensis Republicæ Medico Primus  
rio, S.R.I. Academæ Naturæ Curiosorum Ad-  
juncto, & Italicæ Recuperatorum Collegæ  
dignissimo,

DN. GEORGIO  
FRANCO,

Professori apud Heidelbergenses dexterissi-  
mo, C.P.C. Universitatis Procancellario, Sereniss.  
Marchion. Badens. Archiarro, Naturæ Curiosorum, ut &  
Italicæ Recuperatorum Collegæ longè  
celebrato.

DN. SEBASTIANO  
SCHÆFFERO,

Francofurtensi Practico famigeratissimo, Na-  
turæ Curiosorum, ut & Italicæ Recuperatorum  
Collegæ meritissimo.

DN. MARTINO  
BOGDANO,

Bernensis Metropolis Helvetiæ Medico  
Primario longè celeberrimo.

452 (90)

DN. ANTHONIO  
WILHELDI,

Bernensem Poliatro felicissimo.

DN. JOH. FRIDERICO  
ALLMACHER,

Illustr. Comitum in Wertheim Medico Or-  
dinario, Naturæ Curiosorum Collegæ.

DN. LUDOVICO  
CONRADO JACOBI,

V. E. Poliatro Moguntino solertissimo.

DN. JOH. DOLÆO,  
Archiatro Naslovico, Poliatro Hanov. Aca-  
demiae Naturæ Curiosorum Collegæ.

DN. ERNESTO  
FRIDEMANNO SCHELHAS,  
Ampl. Colleg. Med. Augustani Affessori, &  
Imperial. Civitatis Kauffbeyrensis Medico  
Ordinato.

*Medicinae Doctoribus Famigeratissi-  
mis, Patronis, Fautoribus Amicis plurimum co-  
lendis, Præxeos culminibus, scientiarum  
luminibus,*

Hæc

dicat.

dedicat  
*Observantissimus*  
AUTHOR.

# SECTIO I.

Legitima præparatione acquisita me-  
dicamina, corporis humani infirmi-  
tibus corrigendis accom-  
modat.

## CAPUT I.

*Digesta exhibet interna.*

Æc cum falsè recepta Galenico-  
rum hypothesi de quatuor humo-  
ribus nitantur, omitti planè qui-  
dem possent, quia verò ea purgan-  
tibus, non electivè sumptis, sæpiissimè optimo  
cum emolumento præmittuntur, dum modo  
principii salini diversimodè corrupti habeat-  
ur respectus, pauca eaque generosiora lustra-  
bimus, & primæ solum corporis regioni dica-  
ta, quæ ceu universi corporis sentina, gignit &  
suscepit omnigena excrementa, variis vel fla-  
væ vel atræ bilis, & aliis innumeris recremen-  
tis circumfluxa: huic in genere alvi subductio  
dicata manet, quæ absque ullâ vilenit, lubri-  
cat intestina, ut ex eis eliciantur stagnantiare-

crementa, vicina viscera vel transmissione læsura, atque ita materiam majoris mali exhibet.

Hic verò ante omnia maximè observanda venit ea diversitas quæ inter materiam peccantem occurrit ratione salis excrementitii, an vel deficiat acidum & bilis flava Dominium obtineat, vel peccet nimia quantitate, & sali scorbutico & excrementitio ortum ministeret.

Si sincera peccet bilis nimia volatilitate concentratur optimè acidis, & tum optimo cum emolumento sequentia adhibentur, inter quæ laudatur

### *Pulvis Digestionis Hepaticus Ruber.*

*Bz. Crem. Tart. lb. ij. ȝ. viij.*

*Spiritus vitrioli. ȝ. iiiij.*

Infundatur hic spiritus super *santalii rubri* in pollinem redacti ȝ. iiiij. adde *spir. vini* ȝ. viij. & fiet tinctura.

Hac saepius imprægnetur cremor tartari donec omnis liquor sit imbibitus, terantur omnia in porphyrio summa cum diligentia ut singula probè uniantur, & sit pulvis delicatus ad ȝ. j. cum juscule carnis saepius datus, qui acriores bilis particulas obtundendo, pristino vigore

vigorieas reddet, & acidum debilitatum re-  
stituet: vel fiant sequentes

### *Morselli de tartaro citrati.*

R. Crem. tart. pulv. ȝ. iiiij.

flaved. cortic. citri. minutim. concif. rec. ȝ. ii.

sacchari albi aquâ rosarum & cinnam. sol. lib. j.

ms. f. s. a. Morselli qui ad ȝ. ii. saepius sumptu bi-  
lem corrident. Vel aliquoties in septimana  
sumatur haustus seri lactis cum seqq. herbis  
digestus, v.g.

R. Herb. chamedr.

fumar.

becabung.

cochlear. ana. m. j.

rad. rapban. armorac. ȝ. j.

In mortario lapideo conrusa infundantur  
in seri lactis lib. ii. horis 12. colatur & adde aqua  
borrag. acac. ana. ȝ. ij.

ms. de hoc digestivo sumantur mane .ȝ. vij.  
& continuetur per octo dies.

Si acidum copia peccans, primas vias hu-  
more excrementitio salino scorbutico infar-  
serit,

R. Croci Martis absque acido parentiori facti. ȝ. ii.

corall. praparat.

fulig. genist.

absynth. ana. gr. viij.

ms. d. q. i. m.

456 *Medici præf. seculo accommod.*

Sibilis concurrat, adde tartari vitriolati 3. j.

*Vel* 3. tartari vitriolati 3. j.

disolve in vini generosioris mensura j. cui

adde

passular. minor. 3. iiiij.

cinamomi. 3. B.

stent infusa, & de hoc mane post ovum sorbile,  
item vesperi sumatur haustus.

*Vel* detur seq.

*Pulvis digestivus scorbuticus*

*Mollenbrocchi.*

*Ex.* Croci Martis aperiuti 3. j. 3. ij.

magister. cochlear.

tartari vitriolat.

nitri antimoniat. ana. 3. j.

facul. aron. 3. j. B.

ms. & detur ejus 3. j. ad 3. B.

*Vel* propinetur hoc vinum passu-  
latum.

*Ex.* Passular. minor. 3. B.

fol. senn. el. 3. j. B.

coric. citri.

cinamom. ana. 3. B.

crem. tartari. 3. vij.

coriandri 3. ij.

Ms. contunde, & in vini generosi mensu-  
ris ij. infunde per diem & noctem in loco ca-  
lido: Postea coletur per manicam & de eo  
detur mane & vesperi haustus.

CAPUT.

## CAPUT. II.

*Purgantia magis consideranda tradit.*

**H**Æc, si humores adeo sint corrupti, ne reduci ad bonam frugem queant, eos per decessum evacuant: Sienim copia vitiorum humorum peccat corpus, evacuacionem urget paulo fortiorē, quam quem præparantia vel digestiva præstant, quia tum humore peccante turgente, & in motu plus sanguinem damni, quam commodi afferunt leviora alterantia propinata, nullis purgantibus stipata.

Peccant verò Galenici, qui absque ullo ferè habito respectu & in omni morbo, cum ad ægrum vocantur, subitò purgantia repetunt, nescientes nec considerantes, quas excitent in Microcosmo intempestivè adhibitæ & saepius repetitæ purgationes, turbas, nec observantes corporum conditiones infinitis modis variare. Impura enim corpora, quorū vires boni succi penuria flaccescunt, exsolvuntur facile; quibus verò alvus semper stricta, nullum afferunt beneficium, nisi coactum. Dantur qui omni occasione ad fluxus alvi proclives, his

Ff s

leni

leni pharmaco vel centum sedes procreares; alii præpropere vomunt; hic ad purgationis visum purgatur: ille nec vehementissimo movetur. Sic & obesi, nec prægraciles, nisi maxima cum cautela purgandi. Naturalis ergo eujusque proprietas exploretur prius, vel benignioribus scrutetur: & ignotus cautè aggre-diatur. Melius itaque purgans partiri, quam ægrotantem in præcipitium deferre.

Sic quoque non omnis ætas idonea est, caute namque succida infantum, & arida senum corpora tractanda: Si tamen res urgeat, omnem cogit deponere formidinem, vide de his pluribus tractantem Cl. Svalvve in disquisitione therap.

Sic & Mulieres sibi sua requirunt, in ipso enim mensium fluxu, omne purgans aliud, est ineptum: Prægnantes cautè primis ac ultimis mensibus medicandæ: quod tamen lenit, humores nimium non colliquefacit, ut utero nocere queant, nec etiam tali, intestina nimium irritantur, & antequam per longam viarum ambagem illuc veherentur, perderent sanè noxam, quam inurere utero possent.

Quantum verò purgare debeamus, difficultas indaginis res est: Materia tamen copiosa, et si vites adsint, partitis tamen vicibus

mc-

melius exterminatur. Succus crassus, valida desiderat, sed modicè data: Vires imbecilles neutiquam subito ac copiose quid peragendum volunt.

Purgatio porro curationis ergo suscepta, nullo temporis discrimine tenetur. Praeservans verò, vere & autumno melius expeditur; & si tempus ferat lunæ motus obseruentur, sub incremento enim ejus omnes purgationes faciliores & cum minori ætri commotione conjunctas esse observabis. Principium etiam & augmentum morbi, licentiam purgandi exhibent; status verò quietem imperat, tum enim natura ex pugna se recolligens non turbanda est.

Jam verò usurpandi modus non vilipendus: Huic solida, illi liquida placent, quorum tamen hæc citius illa tardius operantur. Oportet itaque hic maximè cognita habere qualibet purgantia; horum Schola Galenica multa somniavit genera videlicet cholagogæ, phlegmagoga, melanagoga, & hydragoga, pro quatuor humorum cantilena. An verò hæc denrur electivè purgantia negant *Anemannus in sua parænesis p. 330. VValeus & Suvalve disp. therap. p. 54. & alii plures: quemlibet potius humorem à qualibet elici purgante verosimilius est, attractio quidem, ei largientur.*

da, sed non determinanda. Et cum nonden-  
tur isti quatuor fæctiū humores, quomodo  
purgandi? Destruunt item elective purgantia  
catholica, quæ omnem humorē excremen-  
titum expellunt. Efficax itaque omne legiti-  
mè paratum & exhibitum purgans, quicquid  
enim fluxile, tenuē, aquosum, & biliosum in-  
venit, indistinctè exterminat; sequente, si pur-  
gans justè mensuratum sit, crassiori pituitosa,  
& plus coagulata excrementorum parte, at-  
que ita ex valido medicamine omnes conse-  
quenter succi crudiores secedunt: Nec diver-  
sus fæcum color electionem indicat, quia ferè  
omnes flavo colore tinguntur, nisi alium co-  
lorem ex medicamine traxerint, chalybeata  
namque nigricantem sëpè exhibent, thabar-  
barum flavum, &c.

Quod verò purgantia multum à se invicem  
discrepent, & eorum quædam leniter, alia for-  
titer, & multum evacuent, hoc diversam indi-  
cat particularum texturam, ratione vel aci-  
dorum vel alcalinorum spiculorum, variata  
dispositione figuratam, & humorī idoneo & si-  
mili applicatam; non enim semper contraria  
contrariis, sed similia similibus solvi, & expelli  
in superioribus sufficienter experti sumus. An  
verò ita corporaliter, vel saltem virtualiter ad  
partem affectam veniant? item an cum chylo  
&

& sanguine circulentur? & an excrementa purgatione rejecta à corde arteriis communicentur? hinc inde quæritur, ut *Cl. Ammannus* inquit, sed vix deciditur. Quod corporaliter ad partem affectam non veniant, probant purgantia ab extra umbilico, & plantis pedum applicata: quod cum chylo, & sanguine circulentur, declarant exempla quibus purgantium energia chylo & lacti nutricis communicatur. Et quot excrementa à corde communicentur arteriis, diarrhæa à toto demonstrat. Sed instar „*Cl. Ammannus*, quod utut hæc largiar, inquit, „non possum tamen absolutè credere: qualis „enim amabo, anxietas oriaretur, qualia sym- „ptomata, si Regia corporis purgante invade- „retur, & ipsa Majestas læderetur; & cum tor- „mina à purgantibus sæpius in intestinis exci- „tata sint intolerabilia, quid fiet in corde? & si „humores per arterias ad intestina deferunrur, „cur non simul sanguis ordinariè & ante hy- „percatharsin excernitur? Vel si acrimonia „humorum corrodit & excoriat podicem; „quid ni multo magis hæc acrimonia cot læ- „det? ut taceam: diarrhæam à toto esse fig- „mentum Galenicum: ideo quæstio hæc de „modo operandi purgantium, ut & aliorum „medicaminum manet indeterminabilis. Vide „Willis Pharm. Rat. Pechlin. de purgantib. & alios.

In purgantibus jam Medici gloria, & ægredi salus consistit, hinc admodum cautè circa purgantia procedere debet Medicus, ne circumstantias necessarias negligendo excessum committat. Quo verò purgans simplicius, eo perfectior effectus, quæ verò immodica variorum combinatione constant composita, damnantur, quia periculosa hæc est confusio, & ingredientia, sæpe tacitis sese, ex contrariantibus particulis conflata, viribus pervertunt, & destruunt, corrigentia tamen ob alienas vires non spernenda. Sed appropriata vehicula quæ purgantia ad partes quasque vehant, ridicula sunt, non enim eis prudentia ineſt quæ vix in homines cadit. His jam præmissis transcursum, ad ipsas acceditimus formulas, ubi primò Pulveres ponamus, & quidem se ſiftit hic tanquam universale purgans,

### Pulvis Catholicus D. Mich. qui

℞. Radic. Jalapp.

mechoac. ath. ana. It. j.

diagrid. sulfurat. ʒ. vij.

Ol. an. ſi. ʒ. i. R.

cinnamom. ʒ. i.

ms. fiat Pulvis subtilissimus cuius Dosis ʒ. j.

### Pulvis laxativus vegetabilis.

℞. Jalapp. resino. ʒ. ii.

pulv. polychresti. ʒ. 6.

Jap.

lap. bezoar. orient. 3. j. Ms. f. pulvis Dosis 3. j.  
ad 3. fl.

Pulvis polychrestus sive rubinus vegetabi-  
lis est resina scammon. tantalo rubro tincta.

Vel 3. Resin. jalapp. gr. xvij.  
tartari purificat. 3. fl.  
Ol. cinam. gutt. iiij.

Ms. fiat pulvis pro dosi.

Vel 3. Resin. jalapp. 3. fl.  
scamm. gr. v.

Antim. diapt. cum nicro adhuc mixti  
gr. xiij.

Saccharicand. 3. j.  
Ol. cinam. gutt. iiij.

Ms. fiat pulvis pro una vice.

Vel si fortiori opus sit purgante ut in Mel-  
ancholia, Epilepsia, Apoplexia, quartana, in  
usum veniat seq. Nob. Cnaefelii

### Pulvis Helleborinus.

Qui 3. Florum Helleb. nigri veri, in felici  
aspectu Lunæ cum Jove & crescente ante So-  
lis ortum collectorum.

sacchari albissimi ana. 3. j.  
saliis essentialis acetosell. gr. xxvij.  
essent. citri ex cortic. extim. rec. gr. xiij.

Ms. fiat pulvis subtil. Dosis 3. j. ad 3. ij. speci-  
fica proprietate supra dictis affectibus me-  
detur.

Quid

Quid non spondet tartarus vitriolatus ? hic à multis pro universali digestivo , & insigni purgantium stimulo habetur, adeò ut purgantibus junctus, eorum vim adeò exaltet , ut vel quarta purgantium pars sufficiat, v. g.

*Rx.* *Tartari vitriolati* 3. j.

*diagrid. correlli* gr. v.

*trochise. alband.* gr. iiij.

*gummi guttae* gr. i.

*ol. anysi gutt.* iiij.

ms. fiat pulvis pro dosi.

*Vel Rx.* *Resin. scamm.* gr. xij. *vel xiiij.*

*antimon. diaphor.* *cum nitro* 3. B.

*tartar. vitriolat.* gr. viij.

ms. & pro dosi ante paroxysmum febrilem exhibe , ita ut simul natura & medicina operari queant.

Si humores excrementitii tenaciores existunt, liquidiora melius quam sicca operaciones perficiunt , & cum si leniori tem expediti posse existimas,

*Rx.* *Rhabarb. pulv.* 3. ij.

*ag. flor. acac.* 3. ij.

*cinam.* 3. i.

Infundet per noctem in loco calido , mane adde syr. cichor. cum rhabarb. vel rosat. solutiv. 3. l. & propina.

*Vel*

*Vel Rx. Resin. jalapp. gr. xvij.*

*aq. cichor. 3. ℥.*

*cinam. 3. vj.*

*syr. de cichor. c. rihab. 3. ij. ms.*

*Vel Rx. Resin. scammon. gr. xv.*

*sacchari candi 3. iiij. exactè mixtis adde*

*syr. acetos. citri 3. ℥.*

*ms. pro dosi.*

*Vel Rx. resin. jalapp. gr. xv.*

*cum amygdalis tribus vel quatuor excorticatis, & aquæ acac. & cinamom. ana. 3. iiij. fiat emulsio, cui adde syr. papav. errat. 3. j. ms. pro dosi.*

*Vel Rx. Mann. eleet. 3. iiij.*

*fol. senn. el. 3. vj.*

*crem. tare. 3. iiij.*

*passul. min.*

*conf. coriandr. ana. 3. iiij.*

*mista incisa, & crassiusculè contusa includantur nodulo, cui affunde aquæ bullientis 3. xiiij. stent in infuso per horas vi. post fiat colatura, vel sine vel cum levi expressione.*

*Dosis est ab 3. ij. ad 3. iiij.*

*Sic chronicis malis, lentè, & sensim demoliendis directam velis purgantis vim, vina medicata, omni ingratia destituta adhibeas, v. g. seq. vel simile.*

*Rx. Radic. asparagi.*

*graminis.*

*filicis,*

rufci. ana. 3. iiij.  
 corisc. radic. cappar. 3. ij.  
 polypod. quercin. 3. j. ss.  
 herb. absynth. pont.  
 capill. ven.  
 centaur.  
 hyperici ana. m. ss.  
 fumar.  
 meliss.  
 scolopendr. ana. m. j.  
 Flor. borrag.  
 bugloss.  
 acac. ana. m. ss.  
 Fol. senn. el. 3. ij.  
 Rhabarb. el. 3. ss.  
 tarcaria albi crud. 3. ij.  
 sem. anisi.  
 cochlear. ana. 3. iiij.  
 croci 3. j.  
 macis.  
 cinamom. ana. 3. ij.

grossè incisa & contusa d. S. species pro tribus vini mensuris.

Dosis 3. iiiij. singulo mane.

Si in præservandis contagiosis malis purgandum sit, non invenietur præstantius quam hoc

Elixir.

## Elixir. Propr. Rhabarb. Purgans.

R. Aloes socotrin. 3. j. &

myrræ eleæt. 3. j.

croci Austriaci 3. &

Rhabarb. finiss. 3. iiiij.

Vini malvat. opt. lb. ij.

spir. sulfuris campanati.

pulverilata & mixta stent in digestione per  
mensem & ultra, postea colentur per linctam,  
liquor tinctus & imprægnatus usui asservetur.  
Cujus dosis à 3. j. ad 3. i.

In febribus malignis, imò ipsa Peste, ut &  
in hypochondriacis & uterinis malis præstan-  
tius vix darur purgans.

Non insimum etiam meretur locum se-  
quens

## Elixir Citri Purgans D. Mich.

R. Radic. jalapp. lb. j. &

sem. carthami lb. j.

gummi guite.

scammon. rosat. ana. 3. &

ms. & extrahe cum Elixire citri, postea adde  
aquæ cinam. & syr. è succo citri parum.

Dosis est à 3. j. ad 3. iiiij.

## Elixir sive Essentia Citri hæc est.

G g 2

Relic-

Rescinde flavas citri cortices subtilissimè, relictam pulpam pone super fornacem per 6. vel 8. dies, tum exprime succum, quem per cucurbitam destilla, & exit spiritus vini spiritum æmulans, hunc superfunde corticibus, & extrahe tincturam flavescentem palato & oculis gratam. Ne vero interea temporis per-  
eant cortices, parum succi citri, vel aquæ rosa-  
rum eis insperge.

Si frigidum ventriculum cruditatibus re-  
pletum acidis, expurgare velis, prodest se-  
quens

### *Spiritus Panchymagogus Cnœfeli.*

*℞. Trochisc. alhand. ȝ. i.  
scammon.*

*gummi gutta ana. ȝ. iiij.  
affunde spiritus anisi ℥. j. stent in digestione &  
serventur. Ejus Dosis est à ȝ. ℥. ad ȝ. vi.*

### *Vel spiritus salutis Maxwellii.*

*℞. Spiritus vini potentissimi ℥. j.  
Fol. senn. el. ȝ. ij.  
jalapp. resin. ȝ. j.  
hellebor. nigri preparati ȝ. vij.  
oleifænic. anisi ana. gutt. aliquot.*

Folia sennæ & Helleborus contundantur,  
jalappa vero minutim incidatur, & maccren-  
tur

tur omnia per 14. dies, tunc exprime, & adde iterum tantum novarum specierum, quantum prius addidisti, & ut prius procede: digestione repetita & colatura facta, si placeat, adhuc semel adde novas species, & ut prius procede, tunc spiritum expressum colatum pro usu asserva.

Dosis est ab  $\frac{2}{3}$ . fl. ad  $\frac{2}{3}$ . j.

*Nec hic duplex spiritus pro Viris &*

*Mulieribus contemnendus. Si pro*

*Virus,*

*¶. Fol. senn. el.  $\frac{2}{3}$ . ij.*

*ligni sanct.*

*sarsaparill.*

*rad. chine.*

*bacc juniper ana.  $\frac{2}{3}$ . j.*

*aloes hepat.  $\frac{2}{3}$ . ij.*

Incisa & contusa infundantur in spir. vini  
libris iii. digestione perfecta, tinctura colata ser-  
vetur.

Dosis 2. vel 3. cochlearia.

*Si Mulieribus appropriatum velis*  
*hunc spiritum.*

*¶. Fol. senn. el.*

*baccar. lauri.*

*Fol. card. bened.*

*aloes socor. ana.  $\frac{2}{3}$ . j.*

Gg 3

Super-

superfunde concisis lib. ij. spir. vini, & extrahe-  
tur tinctura, cuius dosis ut supra.

*Si quin delicatior Morsellos purgan-  
tes expetat.*

Rx. Jalapp. resinos. pulv. 3. j.

Spec. rosat. novell. D. B.

amygd. d. excort. 3. B.

sacchari albi 3. i. B.

ms. fiant morselli pro adultis num. iiij. pro in-  
fantibus aliquot annorum num. vij.

*Vel* Rx. Jalapp. pulv. 3. iiiij.

diagrid. sulf.

gummi gutt. ana. 3. B.

crem. iart. D. ij.

Spec. irom. rosat.

diarrhod. abbat. ana. D. ij.

sacch. aq. cich. & cinam. sol. 3. iiiij.

f. s. a. Morselli pondere dimidiæ unciae.

*Velfiant Morselli soluti vide Fa-  
lappa, v. g.*

Rx. Conserv. rojar.

violar. purp. ana. 3. i.

Spec. diafrag. frig. 3. i. B.

radic. jalapp. resin. 3. j.

diagrid. sulf. 3. iiiij.

sacchar. in aq. cinnam. solut. 3. xiiij.

olei cinamomi. gutt. vij.

anisi gutt. viij.

ms.

ms. fiant s.a. Morselli pondere unciæ unius.

*Vel Bz. jalapp. pulv. 3. S.*

*crem. tart. 3. ij.*

*resin. scamm. gr. vij.*

*sacch. alb. 3. S.*

*olei citri. rec. ex cortic. extim. gutt. ij.*

ms. fiant morsellus pro dosi.

### *Vel fiant Morselli Dia - Manna*

*v.g.*

*Bz. Marne elect. 1b. S.*

dissolve in aq. rosar. cinnam. & succi citri de-  
purat. q.s. colaturæ adde.

*cremor. tartar. 3. iiij.*

*jalapp. resinos. gr. xxxviij.*

*maceris gr. vij.*

*ol. still. anisi gutt. iiiij.*

ms. fiant s.a. Morselli pondera unciæ dimidiæ.

*Vel Bz. Manna elect. 1b. j.*

*tartari purificati 3. i. S.*

*jalapp. resinos. 3. vij.*

*olei maceris gutt. x.*

ss. a. Morselli pondere unciæ unius.

*Si Pillulæ arrident tibi commendabo  
hasce Catholicas.*

*Bz. Aloes socotrin.*

*diagrid. correcti.*

*trochisc. alrand. ana. 3. j.*

*Extracti helleb. nigri 3. S.*

Cum syr. rosar. solut. & balsamo sulfuris verd  
fiat massa , è quâ formentur Pillulæ minores,  
Dosi 3. fl. ad 3.j. exhibendæ.

*Velfiant hæ Pillulae Catholiceæ, v.g.*

- fl. spec. aromat. rosæ. 3. ii. fl.  
rhabarbar. el.
- colocynth.
- helleb. nigri ana. 3. j.
- jalapp. resin.
- Fol. senn. el. ana. 3. i. fl.
- scammon. 3. fl.
- mastic.
- storac. calam.
- aloës foœer.
- gummi ammon. ana. 3. vij.
- sem. eboli 3. iii.
- salis ablynth. 3. vij.

Cum spir. vini & aq. cinnamomif. s. a. Ex-  
tractum ex quo formentur pillulæ. Dosis à 3. fl.  
ad 3.j.

Vel ex solo hellebori extracto , addita scam-  
monii resina fiant pillulæ , quæ in morbis me-  
lancholicis & mensium suppressione mirabi-  
liter operantur.

Pro admودum delicatulis optatum ma-  
xime erit hoc

*Electuarium Cydoniatum gratiss.*

- fl. Scammon. 3. iiiij. ex hoc tincturam extra-  
he cum

he cum optimo spiritu vini, reiteratis vicibus quousque omnis tinctura extracta sit, & nullus spiritus tingatur amplius.

Jam paratum habeas Electuarium diacydonior. nondum ad consistentiam inspissat. <sup>ib. iii. civil.</sup> & cum jam spissescere incipit, affunde paulatim spir. vini tinctum, movendo & agitando spatula, donec omnis spiritus tinctus affusus evanuerit rursus, ultimò affunde aliquid aquæ cinnamomi, recoque parum, ac tum in scatulas effunde & serva.

Si siut qui nulla plane purgantia assumere queant, eis externe adhibeas seq.

### *Unguentum Jessenii album laxans.*

*R. Fellistauri.*

*bulyri recent. non saliti ana 3. iiij.*

*extract. helleb. nigri.*

*diacolocynth. ana. 3. i.*

*diagri. d. gri. vij.*

*croci gr. viiij.*

ms. & lento igne coque ad consistentiam melleam, & cum nucis juglandis putamine umbilico impone. Vel applicetur sequens

### *Emplastrum purgans.*

*R. Semin. cataput.*

*cocolcynth. ana. 3. ij.*

*Gg 5*

*rad.*

rad. & fol. bell. nigri.  
esula.

succitithymalli.

cucum. asin. in.

agrest. e.

rad. sambuciree.

ebuli ana. 3. vij.

aloes hepat.

scammon. ana. 3. i. ff.

therebint. 3. iiij.

mellis despumati q. s.

ut fiat s. a. Emplastrum vel cataplasma.

Miras habet virtus hoc Emplastrum umbilico impositum solvit potenter alvum, vermes necat & expellit, stomacho applicatum vomitum, renibus & lumbis urinam, & mammis mulierum menstrua ciet, & abdomini impositum partum facilitate, & si diu gestetur foetum expellere dicitur.

Vel hoc tibi Maxvelli oleum recomen-datum habeas, ad quod

Bz. Aloes Hepatic.

myrrhae. 3. v.

fellis tauri ff. j.

ms. & ex retorta destilla oleum, cum hoc ven-triculum vel umbilicum inunge, superimpo-sita spongia hoc oleo tincta, & effectum mi-teris.

Sic

Sic & succus rithymallorum lacteus sale  
mixtus & alvi fæcibus recentibus immixtus,  
violenter sed cum dolore alvum movere per-  
hibetur.

Hæc jam sunt purgantia, quibus varie varia-  
tis & mutatis acquiescere sanè possumus, uni-  
cum tamen hoc semper observes, ut ita medi-  
camen disponas, ut & sapore & odore blan-  
diatur ægro, & quod validam ac suavem vim  
ex mole saltem exigua spirat, semper præfera-  
tur reliquis.

Nimius verò catharticorum usus Galenicis  
pravo more receperus respuatur, in primis apo-  
zemata larga sanè dosi, & sèpè repetita, maxi-  
misque haustibus propinata, quæ ventriculum  
ad eò sanè ènervant & viribus labefactant, ut  
nunquam postmodum nisi exhibito medica-  
mine, suum perficiat munus.

---

### CAPUT III.

#### Vomitorium exhibet.

**H**Orum tanta sanè est efficacia, ac tantum  
beneficium, ut etiam ea, quæ aliis pur-  
gantibus ne hilù cedunt mala, movere soleant,  
magis etenim sunt catholica, & materiam

coa-

coagulatam etiam, & tenacissimam, penitus  
educunt, quam purgantia relinquunt intacta:  
hinc illa nascitur empiricorum felicitas, qui in  
herculeis sœpe morbis, dato quod supernè &  
infernè valentissimè evanescat, mira patrant,  
ubi nostri Galenici timiduli, mirum admo-  
dum trepidant, & etiam levissimo vix fidunt.  
Sed nos cum Cl. *Suvalve* rusticam illam vel  
infantilem timiditatem proscribimus, quia  
hoc modo egregiis medicamentis usus den-  
egatur legitimus: sic & Cl. *Thomson* in suis ob-  
servationibus *epilogismi Chymici p. 4.* nobis ad-  
„ stipulatur his verbis: Nihil (exceptis Hel-  
„ monti arcanis,) inquit, magis conductit ad  
„ futuram saltem acquirendam, quam Eme-  
„ ticum lenc in principio oblatum, spiritus il-  
„ luminans, naturæ benevolum, scorias si quæ  
„ sint in Orgasmo multifariam mitissimè di-  
„ sturbans, sine violentia aut superstite mali-  
„ gnitate, imò etiamsi nec sursum nec deorsum  
„ excrementa perspicuè profligatur, nihilomi-  
„ nus resolvendo, restaurando, illuminando,  
„ abstergendo, nec non per poros cutis noxia  
„ exterminando, pensum suum absolverit; ra-  
„ li vomitorio in febribus malignis ineuntibus  
„ pro exanthematum, sudaminum, macula-  
„ rum, pustularum, morbillorum, variolatum,  
„ à centro ad peripheriam expulsione vix  
„ quic-

„quicquam reperiatur præstantius. Hæc sunt,  
„porro pergit p. 8. quæ (post 40. cathartica  
„vulgaria succos corporis sinceros colliquan-  
„tia miseriæ data, centro mali, ventriculi fer-  
„mentum, aliatumque partium depravantia,  
„neutiquam pertacto,) chronica infirmitate  
„impensè etiam exhaustis propinata, suppe-  
„tias è vestigio attulerunt.

Quod verò Galenici timiduli, talia non præ-  
stent suis præscriptis vilioribus vomitoris, nec  
hinc fidant, inde venit, quia in pharmacopo-  
liis præparata vomitoria sunt cruda, incorre-  
cta ex falsis fundamentis enata, viribus eximiis  
orbata & corrupta. Si verò hi à suis præcon-  
ceptis erroribus remitterent, & veteriora Chy-  
mix fundamenta haud adeò damnarent, me-  
liora sanè medentum fata proditura essent!  
sed redeamus ad nostra vomitoria. Hæc qui-  
dem/quia magis contra naturam vomitus agit  
quam purgatio,) et si operationes suas non per-  
ficiant absque anxietate, totiusque commo-  
tione: contremiscunt enim sæpè labia, cali-  
gant oculi, & extrema frigent, quia ventricu-  
lus rei molestæ injuria convulsus totus fursum  
impetuoso conatu fertur: Nihilominus ta-  
men, si alias Emeticum sit naturæ consenta-  
neum, & additis aliquot resolventibus, abster-  
gentibus, & leniter purgantibus, propinatum,

salu-

salutifetus maximè erit vomitus, si modera-  
mine compleatur. Et licet tam operosus effe-  
ctus nil sanè nisi terribilia sparet, tamen recol-  
lectis viribus, pacatus deprehendit archeus;  
quicquid enim impuritatis ac illuviei ventri-  
culum, & viciniam infestabat, hâc via commo-  
dioticejectum est.

Hinc Lien, & ventriculum contingentes  
partes, via hâc brevi & expedita omnibus ex-  
uuntur noxis, in ò & ea quæ crassioris sunt te-  
nacitatis ventriculo excutiuntur, ac conse-  
quenter tum reliqua corporis sublevantur.

Cum tamen interim valida hæc viscerum  
concussio non sic cuivis, hinc sanè proclivitas  
cujusque naturæ, ac humorum propensio &  
motus attendatur.

Ad vomendum verò aptus est naufragiun-  
dus, qui firmo stomacho, & capite, amploque  
pectore existit. Subitò hæc exposcitur medela  
cum æstuant præcordia; os amaricat, frequens  
salvatio, hypochondtiorum morsus, amaru-  
lenti ructus, & alia juncta adlunt. Econtra verò  
cephalalgia in malignis, & hæmorrhagia la-  
cessitus, sicut nec in tabem pronus, qui exhaus-  
tit viribus, & exuto robore, animo facile lin-  
quit, nunquam ad vomitum cogendus.

Conducibilis verò maximè est vomitus, ubi  
ventriculi falus claudicat, quicquid enim in  
eo

eo cruditatis nomine venit, & ex singulati corruptela, maligna effumatione cerebro noxiū est, imo ipsum venenum eptum, subitaneo hujus adminiculo sine omni ejicitur noxa.

Et ipse stomachus crebriori vomitu exagatus præter naturam, vomitorio sensim exhibito curatur.

Non bilis quovis modo corrupta, non ipsa atræ bilis rabies, nec mucositates pituitosæ salinæ, in intimis etiam viscerum caniculis contentæ, inconcussa remanent.

Sic & febries paroxysmorum insultus, dum inchoant, hoc præsentaneum exquirunt auxilium: Febrilis enim focus ventriculo plerumque vicinus est, hic vomitorio legitimè adhibito, aut extirpatur, aut infringitur, ne fomitem vel vasis vel cordi remittat. Ipsa enim sèpè natura in tertianariis, & quartanariis vomitum movere solet, quidni ergo artifex motam camarinam, amplius commoveat, ita enim revocatur miasma, vel influxus cohibetur, ne originem febri præbeat.

Omnibus porro catarrhis spicula heberat, ac præservatione etiam arthriticos mirè sublevat. Nec asthmatici, nec anhelosi, si modo integro degant pulmone, à vomitu arcedi.

Jam

Jam vomitorium propinaturus, tempus oportunum notato, si enim sincerum lubet elicere succum, jejunis exhibe. Sed si duriter quis mobilis existat, strategemate adhibito, nimirum post pastum, unius horæ spatio interjecto, vomitorium propina, ita enim vacuatio facilitatur, & bonis cum malo succus extrahitur: in ipso actu cum vomendi conatus angit, oculos comprime, & caput in prono situ reponere, & si opus differatur nimium, digitis irritetur.

Si vero nimia violentia fatiget, compescatur, cucurbitulâ ventri imposita, & sal absinthii cum cochleari recentis limonum succi exhibeatur: vel fomentum adstringens ventri applicetur, aut laudani opiatii aliquot grana porriganter, ita enim placida quies fontem obturat, & stomachum confortat.

Sed ipsa jam adeamus vomitoria, inter quæ valentiora, quæ ulterius vires extendunt, quam alia fortiter saltem turbantia, triumphant. Hæc vero à verè purgantibus non natura, aut specie, sed gradu saltem differunt: vis enim in his excellentior, in purgantibus verò minor.

Quod verò sæpius purgans, vim induat emeticam, ab humoris ejiciendi dispositione dependet, volatiliores enim & biliosi à naturâ alias

aliás facilius sursum fetuntur, quam concentrati humores acido-salini scorbutici, qui ideo volatilioribus & actionibus salinis vomitoriorum spiculis exagitari necesse habent.

Inter omnia vomitoria verè excellunt Antimonata legitimè & parata, & graduum ratione adhibita. Et expeditum sanè tibi præstabunt Emeticum, *sulfur Antimonii, centaurium minerale vocatum, tartarus Emeticus, poculum ex regulo perpetuum:* hæc, si ritè fabricata sint, mirandos sanè ne claudandos satis præstabunt effectus. Sic & doctissimus *Maxwellius* communicat ex antimonio purgans, quod universale, & instar auri potabilis suas operationes perficere depraedat, & obscurioribus verbis ita describit:

Fac inquit, ex stibio Hungarico igne naturæ multiplicato, calcinatione, pulverem albissimum, à fumo cæve, quem copiosè emittit, verum si pondus hacce calcinatione tantum non inveneris errasti: ac tum igni iterum impone, donec pondus augmentetur, & tum calcinatio perfecta est.

Recipe hujus pulveris 3.ij. spiritus summi vegetabilis 1b. 8. simul mixta digere per 20. dies, vel mensem, liquorem decanta, cujus dosis 3.ij. ad 3.ii. est in omnibus morbis summum arcanum.

Si pulvere remanente uti rursus velis, ut prius calcina, sed calcinatio citius perficitur, & pulvis virtute & pondere augetur, acidi spiculis ex Sole reattractis, & ita perpetuam habebis mineram salutis. Multa, pergit, tibi dixi, si intelligis.

Si mitiori rem expediendam judicas, tibi commendabo gummi guttam, quæ præter emeticam vim, catharticam obtinet, ac hinc nec intemperanter effervescit in stomacho, præprimis si tartarus vitriolatus & spiritus vitrioli commixti sint, v. g.

*&c. Gummi gutt & pulv. gr. xij.*

*tartari vitriolati gr. viij.*

*spir. vitrioli gutt. vij.*

*aqua & cinamomi 3. j.*

*julepi rosarum 3. ij.*

ml. pro una dosi.

Vel ex hujus pulvere cum cremore tartari & mica panis in pillulas redacto, non contemnendum habebis effectum.

Alias non ingratum nec violentum, sed jucundum admodum vomitorium præbet Cl. D. Ludovici Oxy saccharum, quod ita parare jubet:

Recipe croci metallorum, legitimè ut de Antimonio parat. scrupulos octo, infunde per triduum in acetii communis (non destillatai, ut-

ti, utpote nimium fagentis: ) unciis decem in  
loco calido, postea s<sup>e</sup>pius agitatus liquor, (qui  
de<sup>r</sup>croco quidpiam dissolvit,) filtretur, eiisque  
ana sacchari albi additur, & vitro clauso in ca-  
lida detinendo sponte solvit, & si placet, es-  
fentia papaveris erratici drachma tingitur, ac  
ita tutissimum etiam infantibus exhibendum  
acquitis vomitorium, cui trimestri grana duo  
præterpropter, anniculo grana septem &  
octo, adultis vero ad drachmas duas, tres, vel  
unciam semis, exhibitum hoc Oxsaccha-  
rum, optatum admòdum præstabit effectum.  
De hoc refert, quod, cum confectum, una  
præter propter expressi oleosi corticum citri  
succii drachma condire instituerit, omnes  
ejus ac singulæ doses indifferenter quovis per  
inferiora saltem sufficenter expurgant.  
Cum vero hoc multoties tentasset, nunquam  
postmodum eundem effectum, in recenter  
fabricato Oxsaccharo, quovis modo  
etiam quæsito, reperire potuisse  
refert.

## CAPUT IV.

*Diuretica examinat.*

**H**Æcurinam, vel quicquid imputi seri vasis, vel visceribus adhæret, expellunt: Non verò ea exhibenda, nisi natura ad vias urinarias inclinet, quod ex sudore suppresso, & copiosa urina (nisi eam largior potus excitat,) cognoscitur.

Et cum naturam universaliter expurgent, & ab attenuabili humorum colluvie liberent, hinc in acutis magnæ utilitatis esse etiam, contra communem opinionem, non præmissis universalibus, *Excell. Ammannus* afferit, cum ipsa sint universalia, hinc etiam in calculosis subito ad diuretica transeundum cæteris paribus jubet, non tamen audacter, in omni tenum affectu, ubi de calculi præsentia non sat certissimus. Notabilis enim hic error est, inquit, quorundam practicorum, qui sine discrimine diuretica, & calculum pellentia adhibent, dum enim magnitudinem calculi, & numerum ignorant, sæpius calculum in angustias ureterum pellunt, cum ineffabili patientis

CRU-

cruciatus, sicuti *Helmont* pluribus hæc pertra-  
stat de *lithiasi* §. 15. & seq.

Respiciunt in genere diuretica, utinam par-  
te serosâ & salina variatâ constantem, &  
eius largiorem fusionem. Cum enim eadem  
salinæ particulæ sèpè prava vi scorbutica pef-  
simos inducant effectus, hinc ad eadem diure-  
tica ante omnia confugiendum erit.

Universale Diureticum acidulæ præbent,  
his actuale inest frigus, sed potens calor & sic-  
citas, abstergent enim & succi plurimum ad-  
dunt, non abdominandæ sapore, viscida inci-  
idunt, ac tartarea salina resolvunt, & ex intimis  
corporis penetralibus educunt.

Non verò una via excrementa exturbant,  
licet præcipue per urinas. Humoribus me-  
lancholicis, acidis, salinis, commixtione aquæ  
substantiæ fluiditatem imprimunt; adeò ut  
per vias urinarias potissimum secedant.

Si ideoque viscera vis impuritatibus scorbu-  
ticis salinis expedita? Si ventriculo & nervis  
afflare robur? & calidis ac frigidis affectibus  
solamen dare plurimum? addito acidulas. Sed  
præmissis præmittendis, adaptata diæta, & aliis  
observatis legitimis requisitis.

Si has adire haud licet, vires supplere pos-  
sunt acidulæ artificiales, quas *Henricus de Ra-*  
*chis* in peculiari tractatu, longè efficaciores

naturalibus ob separationem superfluæ aquo-sitatis, & utilitatem tam hyberno, quam aestivo tempore, prædicat, easque ex metallo in primam materiam redacto, auxilio salis hermetici, aut optima minera adhuc vivis, & proprio spiritu imprægnatis, ac facile solubilibus, certoque membro appropriatis (ut cerebro vitriolum Lunæ, cordi aurum, epati Mercurium, pulmonibus sulfur &c.) vi æquæ menstrualis ex sale hermetico, & terra virginea compositæ extrahit, admirandaque præstari observavit.

Alias D. Helvicus Dietrich hoc modo suas paravit acidulas: v. g.

*R. Antimon. nitri ana. lb. j.*

*sulfuris comm. lb. j. 3. jj.*

contusis probe immisce vel terram sigillatam, vel bolum armenum, vel silices tusos, aut arenam mundam optimè siccata, vel quod melius, Martis limaturam, tunc inde retortæ terreæ, & igne aperto vel arenam secundum gradus destilla. Si lubet irroretur hæc tota mixtura phlegmata vitrioli, ex vitriolo crudo, per se per alembicum destillato, in vas recipiens præsuppone aquam frigidam fontanam ad lb. j. circiter, vel quattam partem phlegmatis vitrioli, sicque destilla, liquorem extillantem per M. B. rectifica, quod in fundo manet filtræ, & serva.

Cl.

Cl. Mollenbroc. de Arthritide vaga refert,  
se ex aphonitro tinturam facere, quæ miræ  
sit efficaciam in obstructionibus referandis, &  
resolvendo tartaro vel sale scorbutico, illum-  
que per urinam expellendo : hanb ita fabri-  
cat :

Recipe aphonitri, q. v. superfunde spiritum  
*salis*, & ob salium contrariorum repugnan-  
tiam videbis miram effervescentiam, hinc in  
vase ampio conjungi debent; facta verò pu-  
gna, filtra liquorem, & habebis insigne medi-  
camen in tartaro per urinam expellendo ut  
jam supra laudatum.

Sic & Penotus insignem paravit spiritum  
aperitivum quem hoc modo idem Cl. Mollen-  
broc. elaborat.

Recipe vitrioli Goslariensis fl. iiiij. g.

*salis tartari* fl. iiij. g.

*silic. calcinator.* fl. vij.

Indantur retortæ terreæ, ac gradatim ignem  
augendo destillentur. Caput mortuum exco-  
quatur, ac spiritus exco&to sale imprægnetur,  
ex quo cum argilla figulina globuli efformen-  
tur, qui retortæ iterum immissi destillentur,  
ac destillatus spiritus rectificetur & ad usum  
servetur.

B. D' Keiling olim Archi-Episcopi Mag-  
deburgensis Archiatere hunc spiritum in

literis ad Cl. Mollebroccium datis, valde laudavit ob silicum admixtionem, præprimis si illa circa aurifodinas natu sint, in eorum enim spiritu maximam vim corporis machinam innovandi latitare asserit.

Dicitus Cl. Mollenbroc. interim refert se hunc spiritum in hydrole maximè proficuum expertum esse.

Omnibus facile palmam præripiunt salia volatilia, quæ coagulatorem salinum crudum acidum à coagulando liberant, sanguineam massam exagitando serosas à cæteris amandant, concretionem multa dilutione impediunt, quævis acria, copiâ suâ & energiâ destruunt, eorum spicula defricant: renum fermentum vitiosum, si illud calculi aut arenularum fabricæ vacet, enervant, temperantque. Si tamen calculosæ concretiones jam factæ sint, nonnisi longo usu, hisce salibus volatilibus curam persicies, quia illa per varias in corpore mutationes debilitantur, antequam verum hostem jam aggrediantur: hinc non inconsideratè Paracelsus suum ludum fixavit magis, ita tamen ut fixiori involucre volatilis Medicina obtegatur, ut tot digestionum subactionibus resistat fortior, usque eo latitans, donec hosti obvius simili dissimilitudine, (quia & calculus & ludus ejus acidum continent

nent ac alcalinum, ) eum diruat, velejus copias imminuat, sicuti accuratè admodum hæc tractat politissimus *VVilhelmus ten Rhyne* in suis meditationibus de veteri Medicina p. 223, ubi ulterius calculosæ concretionis solvendæ spem in volatili nitri spiritu ponit, cum ex salibus volatilibus maximam partem constituantur, hujus vero solutionis causam esse, quod suis aculeis obstructiones referat, & renum fermentum confortet, ut sanguineam massam largius præcipitet, sive serum à sanguine separat, ac multâ dilutione acrīum confluxum impedit, vel eadem hebetet. Et cum hæc volatilia acida suis spiculis non exactè illi fermentorespondeant, destructionem calculosæ & salinæ concretionis, pro fabricatione intendant, in primis nitri spiritus; Et hoc confirmari credit historiâ, quâ nitrum à provincia Nittia deducit, quod plurimum ibi scateat, ubi nec rupes nec lapides ferè ullos permittat: forsitan quia hujus spiritus, ignis instar, homogenea congregat, & heterogenea segregat, ac penetratione suâ calculosum diruit vinculum.

Ex hoc fundamento supradicti spiritus vires suas trahunt, in resolvendis salinis & tartareis ac coagulatis mucilaginosis excrementis humoribus.

Ubi & maximè excellit Tinctura succini

Hh 5

cum

cum liquore nitri fixi parata. Uti & tinctura nitri de nitro educta; & supra dictus Cl. *Wilbelm. ten Rhyne* refert se experientia eductum, nullum Sal volatile magis adversari calculo, quam calculi: quod & de reliquis massæ sanguineæ, & liquoris serosi, salinis concrecentibus particulis considerati meretur, ac hinc spiritus sanguinis humani urinæ, vel talis ammoniaci volatilis & urinosus & acidus, hic admirandæ sunt energiæ, in salinis quibuscumque concretionibus resolvendis.

## CAPUT V.

*Sudorifera considerat & Alexipharmacæ.*

**H**Æc occultos inquirunt, ac inveniunt meatus, superfluas enim serositates, alienis utrinque qualitatibus imbutas, per totius corporeæ molis porositas confessim in aquæ speciem exprimunt.

Cum enim hujus copia arteriæ tenduntur, & cor potentius solito pulsat, tum natura suo molimine serum fundit, & poros laxat: Si verò claudicat hæc naturæ benignitas, Dia-

pho-

phoretico erigenda est, quod solvit, fundit, tenuat succos, segregatque à crassioribus tenues: Et eorū ad expulsionem instigatum oscula vasorum, cutisque patet facit.

Primo verò corporis ambitus, dein successivè interna pleraque exceptis cavitatibus exonerantur, quia ad intima corporis penetrant, subtilia, ac agilia sudorifera.

Hinc in chronicis frigidisque destillationibus, ubi indomabiles quandoque regnant humores, mira possunt; quæ verò crassi, salini, terrestres nēc liquabiles. ut in halitus vaporos faceant, relinquunt ac respuunt, aliis evacuantibus tum exterminanda.

Et licet toto corpore ignea extendatur caliditas, persistante solum virium robore, maximam tamen putrescentium humorum copiam eliminant, præsertim ubi quid maligni aut pestilentialis concurrerit: Solis enim sudoriferis cordi & ejus canalibus infesta hostilitas ac pernicies infringitur, & malignitas declinatur, malitiaque ad corporis ambitum deducitur, quorsum nec purgantia perveniant unquam.

Ante omnia tamen, & quidem adolescente hoc malo exposcit hæc remedia malignitas, mox in principio per sudores discutienda, ne paulo post virium robore imminuto, cor oppressum deficiat.

Jam

Jam verò ut nil malorum consiscatur corpori, molliter huic præsidio incumbendum, & nimia materiæ copia, si tempus terat, primò eximenda est: Postea virium robur perpendendus, maximè enim hoc sæpe cadit, dum cutanea aperiuntur spiracula, & spiritus vitalis, coloris vehiculum, evanescit, ac humores solvuntur.

Non verò nisi blande ad sudorem cogendi emaciati, & quorum calor & bilositas moderamen excedunt, in his enim facile jecori malum succrescere potest.

Aliquoties de die movere sudores, nisi in pestenecessitas urgeat, malum; duo enim vel tria industria madefacta omne id absorbent, quod cum ægri tolerantia educibile existit.

In hydropicis hisce armis in aciem prodire haud licet, quia copia seri excedens promptè expelli haud potest, nisi plenitudo humoris serosi prius purgantibus detrahatur.

Quonodo verò jam discuti serositas debat videndum, non enim sufficit Diaphoreticum assumere, sed opus item est calore ambiente, qui promovet tegumentis corpori circumpositis, ut pori dilatentur magis, libera tamen manente respiratione, ac ita pedeterrim incalescat corpus, ut sic madefactum elapsa ab hausto remedio hora disfluat, tum industria

dusia madida semper cum calefactis commu-  
tanda; & omni sanè conatu frigus arcendum.  
Probe verò felicitant hanc operationem jeju-  
nus venter, somnus, æstus hypocausti, vel sili-  
ces igniti, linteisque aceto madentibus invo-  
luti, ac pedibus axillisque suppositi, halitus  
item strangulis conclusus quoad tolerari pot-  
est, in peste verò & malignis somnus vitetur,  
ne venenum irrepat ad cor: ubi è contrain-  
aliis suavi prærepente somno, à placida quiete,  
vigiliis, doloribusque exemptis sudores torant  
copiosius ac tolerabilius.

Antequam verò ad ipsa accedamus sudorifera, hoc adhuc notari velim, ne ea propi-  
nentur ubi serum deficit, nisi aqueis vehiculis  
copiose additis, quo serum substantialiter au-  
geatur, nec jam deficiens magis exhauriatur.  
Sic & in primarum viarum cruditatibus, quan-  
do abundant, antequam eæ purgantibus vel  
vomitorii, quoad crassiores partes eliminatæ  
sint, non exhibeantut, ne serum coagulatum,  
magis coagulent, & impuritates sanguinis  
quastollere debent, augeant magis.

Nec fortius impellendi sunt ad sudandum  
ætri, præprimis quorum natura non inclinat.  
Hinc peccant illi qui in febribus tam benignis  
quam malignis ægrum continuò instigant, ut  
sæpius phthiseos metum & alia non levia  
sym-

symptomata incurrat, hinc naturæ concedatur tempus oportet, cum sœpe præstet tenuis udor, quod nunquam præstat sudor.

Tandem ad ipsa deveniendum sudorifera quæ vel externa sunt vel interna: Externorum nomine Balnea, thermæ, Laconica exercitia, & frictiones & similia veniunt: nunquam verò his solis res absolvitur nisi ubi in spatiis intercutaneis materia magis hæret, vel ubi tumor particulatis membrum aliquod fatigat, tunc enim expetitum per sè levamen præstant.

Interna varia & diversa sunt, ab Alexipharmacis non distincta, nisi levi gradu; sudorifera enim conspicuum magis effectum relinquunt, ubi Alexipharmaca absq; sensibili sè transpiratione sanguinem ventilant: quia tamen ex uno fundamento educi ambo debent, hinc non distinctum dabimus examen: primò tamen sudorifera magis, postmodum verò Alexipharmaca dabimus.

Hic verò duplex sudoriferorum via potissimum consideranda, vel per alcalia vel per acida.

Alcalia in omnibus illis convenienti affectibus ubi serum acidis, salinis, scorbuticis, imprægnatum particulis, mali originem fovet: Inter hæc verò maximè volatilia excellunt, quæ potentius fixis sudorem carent, v.g.

*sq. Aqua*

*Rx. Aquæ Card. bened.*

*tenellor. C. C. ana. 3. j.*

*salis vol. C. C. Æ. i.*

*syr. papav. err. 3. ij.*

*mf. pro dosi.*

*Vel Rx. Sem. card. bened. 3. ij.*

*aq. scabios. 3. ij. B.*

*scord. 3. B.*

*f. emulsio cui adde*

*salis vol. C. C. Æ. 6.*

*saccharicandi. 3. j.*

*mf. pro dosi.*

*Vel Rx. Aquæ juniperi 3. j.*

*extract. junip. Æ. j.*

*ol. ejusdem deß. gutt. iiij.*

*salis C. C. vol. Æ. B.*

*rob. juniperi 3. ij.*

*mf. pro dosi.*

Si vero simul humorum fermentatio concurrit, ut in inflammationibus, pleuritide, articulorum fluxibus, ubi & acidæ & alcalinæ inter se pugnant, ac spiritus hinc pereunt, & alcalinæ subiguntur, ac una in pus degenerant, tum statim in principio jugulati debent particulæ dimicantes, eminentioribus sudoriferis volatilibus fixis combinatis,

natis, ut sicut *Antimonium diaphoret. bezoard. minerale, nitrum fixum & similia.* Tum enim volatiles spiritus stagnantem sanguinem non modo retolvunt, poros aperiendo sudorem promovent, sed & acidum peccans emendant, expellunt, quia exagitant & cum eodem non condensantur, quia diversæ in volatilitate & fixitatæ naturæ sunt, & remanentia acria attenuando dulcificant, bili pristinum vigorem restituunt, ferociamque tollunt,

v.g.

*R. bezoard. mineral.*

*salis vol. C. C. ana. Æ. R.*

*Zinnab. nativ. gr. v.*

*laud. opiat. gr. j.*

mf. pro dosis.

Sic & acida sæpiissime, levi copula combinatoria, optimum, præsertim in magis biliosis, præstant effectum, parant enim viam reliquis, spiculorum suorum similitudine, & ad inordinatos ac effusos ferunt in hostes. Sic observamus Tinctoriam bezoardicam acido volatili legitime copulatam, promptius sudorem movere, quam absque hoc paratam. Sicuti compertimur in febribus intermittentibus, palpitatione cordis & similibus, ubi acidum simul peccat.

Si Bi-

Si Bilem magis volatilem, quam acidum respicere oportet, acida melius rem expedient, ac inter hæc quæ alcalinis commixta fixioribus, volatilitatem biliosam & concentrant ac expellunt, ubi absente malignitate sequens per optimè convenit

### Oxyfæ Diaphoreticum.

Recipe salis card. benedicti q. v. super funde sensim tantum acetigerosioris, donec & sal dissolutum, ac ebullitio sedata, gratum liquorum acidum præbeat: tum evapora leniter liquorem, sal vero relictum solve cum aquâ rosatum, ac per octo dies leni calore digere, & fiet rubicundus liquor, qui decantatur, & ad liccitatem exhalatur, tum vero loco sicco asservatur.

Cujus dosis 3. j. ad 3. s.

Si malignitas, vel venenata qualia, sanguinem resolvendo, vitales offendant & destruant spiritus, eorum vero specialis proprietas nondum cognita satis sit ad Alexipharmacâ universalia confugiendum erit.

Sed licet nullum sit Alexipharmacum quod omnibus venenatis qualibus conveniat: attamen dantur polychresta, quæ pluribus malignis affectibus solamen attulisse, experientia comprobatum habemus,

Inter hæc ante omnia excellunt *Theriaca*  
*cælestis & Tinctura Bezoardica.*

Hic verò observa, in principio, ad majorem penetrationem & discussionem citiorum, & ubi malignitas intimior, ac natura in expellendi opere cessat, & exanthemata retrocedere observantur cum respiratione difficiili, & præcordiorum anxietate, magis conducere volatilia.

Postmodum verò circa statum, vel acquiescente jam & sedato archeo, ubi alteratione & præcipitatione magis opus, fixiora plus convenire.

Non verò semper sudor cogendus, sed sufficit alexipharmacis ritè adhibitis, naturæ liberum concedere motum.

Imò & hoc maximè venit observandum, ut homini maligno morbo prehenso, subito, & ante initum somnum, alexipharmacum porregas, ut ita in prima quasi herba malignitatem jugules, antequam somno ad cor deferri ea queat.

Jam ad ipsa præsidia, inter quæ, propter nobiliora ingredientia, & singularem hinc energiam, primarium vindicat locum, & propterea ita vocat.

*The-*

*Theriaca cœlestis quæ mihi ita fit.*

R. Opii legitimè parati ʒ. viij.

Huic in consistentiam melleam redacto, & succi limonum depuratis. j. soluto, in capaci vitro adde

Trochisc. de viperis ʒ. iiij.

Essent. croci ʒ. ij. ℥.

castor. ʒ. ℥.

Pulpa scille ʒ. iiij.

olei nucista ʒ. ij. ℥.

spir. vitrioli volat. ʒ. j.

myrrha elect. ʒ. ij.

Hisce adde Extractum ex sequentibus speciebus paratum, v. g.

R. Angelic.

Carline.

Imperator.

Contrajerv. ana. ʒ. iiiij.

Zedoar. ʒ. ij.

Fol. menth. moschat. m. ij.

mari veri ʒ. ij.

comar. scord.

rute ana. ʒ. iiiij.

hyperici ʒ. j.

Ex his speciebus incisis fiat cum vino malvatico spiritu vini acuato extractum, quod tum rursus suo solvente solutum, prioribus adde.

Porro adde ex sequentibus aromaticis confessum extractum, v. g.

*Recipe Cinamomi acuti lib. 3.*

*fl. macis.*

*Ligni aloes ana. 3. ij.*

Ex hisce cum aqua cinamomi fiat s. a. Extractum, quod tum aqua cinamomi rursus solutum prioribus adde.

Jam ex facibus post extracta relictis, & calcinatis, ac in cineres conversis fiat sal, qui repetitis solutionibus purificatus prioribus addatur.

Postea in B. abstrahatur liquor ad remanentiam extracti liquidi.

Spiritum verò egredientem serva pro nobiliori aquâ theriacali.

Jam ut confessum extractum in cœlestem exaltes theriacam, superfunde ei spiritum vini juniperinum summè rectificatum ad quatuor digitorum eminentiam, & vase accuratè clauso, in calore leni detineatur per 6. vel 7. dies, donec spiritus probè sit tinctus: quo effuso alium superaffunde, ac laborem repeate, donec spiritus omnes vites extraxerit, nec tingatur amplius.

Hoc facto massam remanentem in reverberio calcina, quo flammâ lensim cremata, in cineres abeat materia, ex qua sal elicies &

puri-

purificatum serves spiritui tincto jungen-dum.

Spiritum jam tinctum & sale junctum, in B. lenissimo destilla, & serva pro spiritu theriacali summe Bezoardico: in fundo vero residet vera theriacæ essentia, cuius unciis quatuor adde

*Perlarum prep. Orient.*

*Smaragd. prep. ana. 3. fl.*

*Lapis bezear. veri 3. ij.*

*bezoard. mineral.*

*cinnab. nativ. ana. 3. iiij.*

*ambra gris. 3. j.*

misce continue agitando, donec eam affecuta sint consistentiam, ut in pilulas formari queant.

Hæc est extracta mea cœlestis Theriaca, quam ego omnibus, etiam maximis solennitatibus paratis, & ex variis inutilib<sup>9</sup> ingredientibus præter rationem compositis, Pharmaco-polarum, longè sane præfero. Percurre eorumdem de hac theriacâ hinc inde editos tractulos, & ingredientia considera, invenies revera multa inconsideratè admodum addita, quæ quidem molem, at vires minimè addunt. Et quid commixta gummita? An ea vim alexipharmacam exaltatura existimas? Sane? cum principalissimæ hujus theriacæ vires in opio consistant, quid opus multis inutiliter

quærere, quod paucis iisque nobilioribus efficiens obtinemus, nisi quis præter necessitatem, vel sumptus & labores, ex nimia curiositate, multiplicate ineptè velit.

Opium est quod principaliter hic suas excertit vires, assentiente nobis Cl. D. Ludovici in sua Pharm. ubi saluberrimum opii cum alexipharmacis ac aliis Diaphoreticis copulationem sat nosse afferit, eaque etiam in malignarum illarum cephalalgicarum principiis, opii tantillo quasi condita, imò in augmentis ad diaphoresin, (non verò in statu, contra vigilias atque deliria, ceutum sèpè numero funesta,) securissimè magnoque cum juvamine exhiberi, tam diu se confirmatum scite refert. Nec dissentunt alii, inter quos Cl. B. Svalve vult, narcoticam vim, ad diaphoresin non minus præstare ac salinam, & hoc non accidentaliter sed ex se, cum ex eis, in primis opium, calore, id est volatilissimis sulfureo - salinis particulis constet, unde etiam Theriacam, Mithridatum, Diascordium & plura alia antidota sudores præcipue eliciant. Dosis hujus theriacæ ut plurimum est à gr. ij. ad iiiij. in pillulis, vel cum aliis nobilioribus remixti, gr. j. vel ij. v.g.

R. Aqua Card. bened. veltenell. C. C. 3. j.

Tinct. bezoard. gutt. xx.

the-

theriac. cœlest. gr. iiij.

salis viper. vel C.C. vol. gr. viij.

- syr. è toto citro 3. ij.

ms. pro dosi in peste sèpius repetenda.

### Castorei Extractum.

Quod in greditur, hoc fiat modo, v.g.

Recipe Castorei opt. recent. 3. iiiij.

spur. cerasor. nigr. vell. lilio convall. lib. ij.

Castoreum ab omnibus membranis, & pinguedine purificetur, incidatur subtilissimè, & cucurbitæ vitreæ immisso superfundatur dictus spiritus: factaque unius diei maceratione, abstrahatur spiritus destillando fortiter per M.B. ad siccitatem castorei, ut omnis spiritus item prolixiatur, qui asservetur studiose.

Ex residuo castoreo extrahatur repetitis visibus, spiritu vini affuso, essentia, donec spiritus non amplius tingatur, postmodum spiritus omnis tinctus abstrahatur levi calore M. B ad consistentiam mellis, quæ in patina vitrea, ulterius ad satis densam extracti consistentiam evaporetur, cui denique restituatur spiritus ablatus, & addita essentiæ arant. saccharin. ex rec. cortic. extractæ 3. b. cum fiat

justæ consistentiæ extractum: quod propter particulas saline sulfureas volatiles oleosas, ad effectus cerebri & uteri insignis est Medicina.

Ex croco, eodem plane modo, jam docto, sit itidem essentia.

Præterea etiam Theriaca cœlestis, pro Panacea à multis vult haberi, ad omnes ferè morbos, cui ramen non semper eventus respondet, variis quidem medicaminibus admodum commodè in multis affectibus, (ubi sudorifera, & bezoardica desiderantur, item spirituum exsultans motus, dolorem, vigilias, &c. infert,) combinatur; quod verò in omnibus fermè affectibus, ad quos vulgo laudatur, ad eam, per se & aliis haud combinatam, tanquam ad sacram anchoram configere debeamus, nimium dictum existimo, cum non ubique & bezoardica & narcotica rem expediant.

Accedamus igitur ad alterum, quod aliis universalius volumus, Alexipharmacum, quod ob insignes vires nuncupatur

### Tinctura bezoardica.

Hanc nos ita adornamus ex Cl. D. Ludovici Hoffmanni, & aliorum mente, v. g.

B. R. -

*Radic. Angelic.*

*Carlina.*

*enula.*

*Zedoar. ana. 3. iiij.*

*croci integri Austriaci 3. i.*

*herb. scordii.*

*ruta ana. m. j.*

*cinamome el.*

*cortic. citri.*

*myrrha el. ana. 3. R.*

*castor.*

*Opii ana. 3. ij.*

Incisa & contusa infunde in spiritus baccar.  
juniperi vel lambuci optimè dephlegmati lib.  
v. stent in digestione per 14. dies & ultra, sæ-  
pius interea agitando, post sume spiritum de-  
cantatum ac leviter quodammodo expres-  
sum, cui adde

*Spiritus tartari volatil. legitimè parati lib. ij. f.*

*salis volat. CC. vel succini 3. ij.*

*Spiritus vitrioli volatilis 3. x.*

*essent. camphor. 3. ij.*

inf. tingantur vel santalo, vel essentia papav.  
erat.

Hæc est nobilissima & adeò decantata Me-  
dicina, à B. D. Michels, ratione quidem ingre-  
dientium, non verò in fundamento differens,  
& ab illo, post mixturam simplicem, quæ ne-  
que ab his multum distat, adeò decantata &  
divulgata, ut instar Panaceæ haberi cæperit, in

plurimi corporis humani infirmitatibus. Cum  
verò B. D. Michels descriptio , plurima mini-  
mè necessaria contineat ingredientia, ratione  
quidem virium haud absimilia; attamen, quia  
vilia quædam, quæ magis molem quam vires  
addunt, hinc non immerito, dicti Cl. Medici,  
(juxta quorum normam hanc nostram con-  
cinnavimus tincturam:) correctionem insti-  
tuerunt, selectiora saltem, & conspicuis viri-  
bus dotata ingredientia assumendo, viliora  
verò negligendo.

Vires nobiles satis & decantatæ sunt , in  
omnibus illis affectibus, ubi Alexipharmacis &  
Bezoardicis opus esse duxeris. Hinc in qui-  
busunque febribus intermittentibus, malig-  
nis, morbillis, variolis, Epilepsia, Apoplexia,  
Pleuritide, catarrhis, uterinis suffocat. morbo  
hypochondriaco & similibus , optimo cum  
emolumento propinatur in variis convenien-  
tibus vehiculis, vel cum cerevisia etiam simpli-  
citer, aut vino , à guttis x. ad xx. & L. re-  
mixta.

Principalissima energia in particulis hujus  
tincturæ volatilibus salino - sulfureis consistit,  
quas non spiritus tartari solum, sed & reliqua,  
ut camphora, opium, myrrha &c. addunt.

Sunt qui camphoram non consultò semper  
addi

addi existimant, ubi sanguis nimis rarefactus ebulliat, ac ita vigilias, sitim, calorem immodicum & similia inducat: ac si hoc omnino ita se haberet, nunquam in febribus malignis, & peste, ubi principalissime nexus suo solvitur sanguis, & spiritus exultant, sui juris facti, exhiberi deberet: ubi tamen experientia aliud docet, scilicet, quod tum malignum, venenosum & rodens ac suffocans acidum, patientes sine intermissione exanimans, camphora per os data, statim absorbeat, ut spiritus vitalis pristinum recuperet vigorem; observatione ex acidis spiritibus desumpta, quos, quo subtiliores offendit, eò expeditius absorbet.

Si tamen quis aliquam partem absque camphora asservare velit, licet; in primis cum dentur, quibus odore saltē contrarietur, nec omnes omnia ferant.

Quoad superiorem verò difficultatem ultrò adimendam, credo, opium blandimentis suis, particularum camphoræ subtilium spicula maximè restinguere, vel hebetare, ne ultimum quidem succrescere possit majus malum.

Et quorsum rapiuntur illi? Si in sanguinis rarefactionibus, calore immodico & similibus, prohibita omnia, vel ea saltē volunt, quæ particulariter suarū subtilitate eas juvare rarefactiones

pos-

possunt, sanc omnia & Alexipharmacæ & Bezoardica alia, quæ ex his particulis constant, in febribus malignis & similibus exulare debent, quod tamen experientia reclamat.

Opium ex supra recensitis causis, (in theriacæ coelesti,) hanc etiam tinturam optime ingredi, dicti Authores confirmant, nisi expressa pestilentium narcosis moderamen suadeat.

Si tamen lubet, poteris plane omittere opium in compositione, & exhibitionis tempore demum, pro rei exigentia de tintura anodyna addere, quantum requirit morbi status, ita certius erit.

Universalioribus jam dictis alii Electuarium Orvietanum adnumerant, quod à Cl. D. Sebastiano Schæffero communicatum accepi hac formâ.

*Rx. Gentian.*

*bistore.*

*carlin.*

*torment.*

*dictam. alb.*

*aristol. rot.*

*long.*

*anthor.*

*card. sanct. in umbra siccata.*

*calam. arom.*

*sem. echii.*

*anchus.*

*gitter ana. p. eq.*

quibus

quibus subtilissimè pulverisatis adde

Radic. scorzonerae. pñ/v. ad pondus omnium.

Pulveris hujus sume partem unam.

Mellis desummati partes tres.

Misce bene & fiat Electuarium super ignem  
lentum, cui in fine adde ad singulas x. libras  
Theriaca Andromachi ℥. j. vel ℥. j. f. & serva  
in vase terreo ad usum.

Nec sequens Theriaca composita Cnœfe-  
lii vilipendenda, quæ

Recipit Theriac. Andromach.

Muhridat. Damocr. ana. 3. j.

radic. anthor. pulv. 3. f.

lapid. bezoar. or. veri ð. f.

conf. alkerm. 3. f.

conserua borrag.

cichor.

rosar. ana. 3. f.

syr. è toto citro q. f.

misce f. s. a. Electuarium.

Sic & hoc extractum antipestilentiale F.  
Hoffmanni non ex minimis est, quod

Recip. I. Theriac. opt. 3. iiij.

croci orient. 3. f.

Fiat cum spir. vini extract.

II. Recipe Flor. sulf. 3. j.

myrrha elest. 3. iiij.

olei è bac. juniperi dest. q. f. ad eminente. 4.  
digit.

succini destill. 3. j.

Dige-

510 *Medici præsentis seculo accommod.*

Digere per quatriduum, postea filtra, & de  
hac extractione adde priori partes xij.

*III. Recipe Radic. Angelic.*

*Enula ana. q. v.*

Fiat cum spir. vini extractum, hujus partes  
xvj. adde prioribus, & digere simul calore le-  
nissimo in vitro clauso per octiduum, tunc fil-  
tra & ad Extracti consistentiam evapora, tunc  
adde

*salis C. C. volat.*

*succini. volat. ana. p. xij.*

misce, digere, & serva pro summo arcano in  
peste, dosi 3. fl. ad 3. fl.

Vel tibi hoc Elixir Balsamicum P. Emm.  
recommendatum habeas, v. g.

*Bx. Mumia vera 3. iij.*

*myrrharubr. 3. fl.*

*Angelic. 3. ij.*

*eruci Austr. 3iij.*

*Theriac. 3. iij.*

*cinamom. 3. fl.*

*camphor.*

*salis. vol. C. C. ana. 3. ij.*

Incisis & contusis superfunde tincturæ sul-  
furis, ex sulfuris hepate cum sale tartari facto,  
extractæ lb. iij. stent in digestione per tempus,  
vel saltem loco leviter calido, probè saltem clausa,

do-

donec optimè sentiantur extractæ species,  
tum decanta, vel filtra & serva.

Dosis est à 3. fl. ad 3. j.

Uſus externe in quibuscumque inflamma-  
tionibus admodum insignis, cum linteis ete-  
nim duplicatis applicatus emnem subito ad  
miraculum extrahit inflammationem, & do-  
lorem.

### *Vel hoc fiat Elixir Pestilentiale.*

℞. *Spiritus iheriacalis* ſupra ad Tinct. Bezoard.  
adparati ℥. j.

*Balsami antimonialis* veri 3. j.

*Salis viperar. volat. vel C. C.* 3. ij.

*camphor. 3. ij.*

Mista digere, donec uniantur probè, tum  
ſerva.

Dosis gutt. x. xx. ad xxx.

Vel. Recipe ſpir. baccar. ſambuci per ferment. parat.

& rectificatiss. ℥. β.

cum hoc ſpiritu extrahe ſupra Tincture Bezo-  
ardica species. colaturæ adde

*Balsami antimonialis* 3. ij.

*Salis succini* volat. 3. j.

*cruxoris C. volat.* 3. j.

*camphoræ. 3. iiiij.*

Fiat. ſ. a. Elixir, quod in peste & febribus  
malignis inſigne eſt & præſervativum & cura-  
tivum

Dofi 3. fl. ad 3. j.

Non

Dosis 3. ℥. ad 3. j.

Non ineptè huc refertur Elixir proprietatis Paracelsi, cuius verum menstruum ille retinuit, hinc id ex mente Schonii correctum apponimus.

Primò fac spiritum Juniperi hoc modo:  
v. g.

Fæcum vini mensuras 16. vasi ligneo inditis adde contusat. baccatum juniperi matur. recent. mensuras 8. misce & adde tartari crudi pulv. ℥. ℥. salis comm. ℥. j. ac repone vas clausum per tres vel quatuor septimanas, quovis tamen die probè miscendo, ac rursus tegendo, & pannis & operculo ligneo, debita hac maceratione vel fermentatione peracta leni igne ex vesica destilla, ut de sedecim fæcum mensuris, sex circiter spiritus mensuras nanciscaris.

Has sex mensuras rectifica ut tres saltem remaneant, quas serva, item poteris servare phlegma pro nova infusione. Postea recipe aquæ vernalis Martio, Aprili, vel Majo collectæ potissimum id, quod vel tribus diebus anteaut post æquinoctium stillavit ex alembico majori. Hanc bis vel ter destillando purissimam recipe, & ejus mensuris octo adde therubintinæ Venetæ veræ ℥. ii. & ab initio leniter destilla, postea paulum aucto calore, donec

nec 6. circiter mensuræ egressæ sint, à quibus oleum clarum separa.

Jam recipe spiritus tui juniperini mensuras tres & aquæ vernalis therebintinatae ana adde, & lactescet aqua, hanc per alembicum destilla moderato igne, ut media pars evahatur, quam serva.

Jam recipe Aloes socotrin. elect.

Myrrhae elect.

Croci Austriaci ana. 3. ij.

Speciebus hiscelgrossè contusis & cibratis adde menstrui prædicti lib. 3. spiritu acido volatili vero, vel salis vitrioli aut sulfuris, acidulati, misce & stent per noctem, die vero sequente ulterius adde menstrui lib. iij. itidem acido volatili acidulati. Tum misce, ac vitro probè clauso stent per aliquot menses, singulo vero die agitentur. Postea vero decantatur Elixir & ad usum asservatur.

Præservat à peste, febribus malignis, confortat stomachum, absunit catarrhos & alios insignes præstat effectus. Dosi 3. j. ad 3. j. & ultra.

Nec inefficax erit hoc Elixir Polychrestum, v. g.

R. Aloes socotrin. 3. ij.

myrrhae elect. 3. j.

crocs. 3. iiiij.

Essentia malvatica 3. xij.

114 *Medici presenti seculo accomod.*

Mista stent in digestione per 14. dies, filtrato tum adde

*Rhabarbar. eleet. 3. ij.*

*Agarici 3. ij.*

ms. servetur pro usu.

*Essentia Malvatica fit ex*

*Herb. rorell.*

*Fior. bellod. hortens. ana. m. j.*

*Vini Malvat. mensur. j.*

Destillatis, & dicto usui destinandis.

Neque etiam sequentia non erunt ex usu,

v.g.

### *Pulvis Bezoardicus.*

*Bz. Antimon. diaphoret. præcip. de antimonio  
docti 3. j.*

*margarit. orient. prep. 3. j.*

*oculor. cancri 3. ij.*

*C. C. sine igne parat. 3. ij. 3. s.*

*unicornu veri. 3. s.*

*rasur. eboris. 3. i. 3. s.*

ms. fiat pulvis subtilissimus, cujus Dosis 3. s.  
ad 3. s.

Conducit singulariter in peste, febribus malignis, variolis, morbillis, erysipelate & similibus, si calidiora alexipharmacæ non securè exhiberi posse putas.

*Aqua*

Aqua Bezoardica Cl F. Hoffm.  
temperata.

℞. Pomor. citri recent. & succulent. numer. vj.

Exprimatur succus, eique cortices addantur, exclusis seminibus, adde

succis scordii ℥. j. ℥.

acetosæ.

scabiosæ.

card. bened. ana. ℥. β.

Destilla ex M. B. & aquam egestam serva;

cujus Dosis ȝ. j. vel per se, vel aliis commixta.

Decoctum CC. D. Simon Pauli.

℞. Rasure C. C. ȝ. j.

Radic. carlinea.

contrajerv.

feniculi ana. ȝ. iiiij.

sem. aquileg. ȝ. iiij.

zibebar. excacinar. ȝ. iiiij.

Coque in s. q. decocti hordei, & sub finem  
adde

conserv. rosar. r. ȝ. ij. ℥.

borrag.

bugloss. ana. ȝ. j.

Colaturæ libris duabus adde

hyr. rubi idæi ȝ. iiij.

succicitrirecent. ȝ. j.

spir. salis. volat. ȝ. f. iiii.

Kk 2

Cela.

*Gelatina C. C.*

*Rasura C. C. tenell. succulenta. 3. ij. fl.*

*Aqua fontan. 1b. ij.*

Bulliant ad mediae partis consumptionem,  
spumam non auferendo, tum fiat colatura, cui  
adhuc calenti adde

*succi citri. 3. ij.*

*gelatin. rubi idem 3. v.*

*aquacinnamomi. 3. fl.*

*ambra. gris. gr. iij.*

*moschi gr. j.*

*vini generosioris pro lubitu.*

Omnia tum leviori calore liquefacta por-  
cellanis vasis immittit ut refrigescant.

Optime hæc & similia aromatisantur.

*Essentia citri sicca.*

Quæ conficitur ex corticibus citri recenti-  
bus, mediante sacchari albi aspersione, quod  
abraditur rursus, cum inversa cultelli parte in  
orbe stanneo, usque dum saccharum succi in-  
star fiat, hoc repetitur, donec saccharatum sic-  
cum maneat, & nullum amplius succrescat.

Vel hoc citri spiritu cardiano, v. g.

Recipe pomorum citri q. v. remota parte  
alba inutili, consinde reliquam, adde sacchari  
q. s. misce in vase probè clauso, stent in dige-  
stione per 7. dies: postea per alembicum de-  
stillata,

stillæ, & si lubet rectifica ex arena, ac prodit  
spiritus limpidissimus, qui vires collapsas opti-  
mè restaurat.

Si ab aëre maligno præservativum deside-  
ras, fiant hi

### Trochisci Alexiterii.

R. Cortic. citri recent. 3. j. fl.

Contunde optimè in mortario lapideo ad  
pultis formam, ut per setaceum trajici queat,  
adde

extracti Angelic.

Zedear. ana. 3. j.

balsam. antim. veri. c. oleo succini parati 3. j.

ol. dest. rut. gutt. v.

croci Austr. 3. G.

sacchari alb. 3. ij. fl.

misce, & cum albumine ovi clarificato, vel  
mucilagine tragacanth. f. s. a. trochisci.

### Si Acetum Bezoardicum arridat,

R. Radic. Angelic.

Imperat. ana. 3. ii.

Fel. Russe.

scord. ana. 3. ii.

sem. citri.

levistic. ana. 3. fl.

cortic. citri cum toto incis. lib. j.

myrrha. 3. j.

Theriac. opt. 3. iiiij.

camphor. 3. ij.

Aceti vini optimi mensuram unam. Digeste per tempus & filtraturam serva.

Dantur qui amuletis multum tribuunt, in primis Cl. Thomson ex Helmone, *Epilogismi Chymici p. 66.* ex hac causa: Cur pestis, inquit, aliaeque ægritudines nonnunquam tam pertinaces persistunt, generosis pharinaçis vix cedentes, debetur materiæ malignæ, in convexa stomachi parte sitæ, ad quam pauca remedia, integris viribus possunt transmigrare. Hinc in hac angustia, Amuleta, Zenexton, quædam sulfura depurata radiatione, & solo intuitu Archeo indulgentia, miram præstant opem; alcalibus volatilibus optimè correctis non prætermisis.

Nulla ex his magis comprobata habemus, ac ea quæ Helmont ex bufone recommendat, refert enim se butones applicuisse buponibus & escharis, tam in viris quam mulieribus, ac ubique non sine prompto juvamine. Cum autem hoc remedii genus delicioribus, horribile admodum vitium fuerit, coemerunt alii, maximo pretio ab Indis Amuletum, sive Venenorum magnetem, quem Albana-

finis

*nasis Kircherus*, ab Hispanis Piedra della cobra de cabelos vocatum, miris extollit laudibus, in suo Regno naturæ Magnetico, ubi de eo prædicat, quod hunc sibi insitum habeat magnetismum, ut vulneri ab animali veneno-fo inficto, appositus, statim tenacissimè adhæreat tam diu donec omni veneno attracto, satiatus quasi sua sponte decidat: si verò unâ vi-  
ce, venenum, ob nimiam copiam, non omne fuerit extractum, de novo appositus adhæreat tam diu, donec omne venenum planè sit ex-  
tractum.

Hoc experimentum à Kirchero & aliis, pro infallibili fuit creditum, donec *Nobil. Redi* Archiater Florentinus plurima falsa esse de-  
prendit.

Certius Amuletum itaque *Buttlerus* Hel-  
monti communicavit ex bufonis veneno per  
vomitum rejecto, quibus Londini aliquot mil-  
lia hominum peste correptorum curaverat.  
Hoc verò ita parate jussit, nimirum bufones  
mensē Junio captos propè focum suspendi,  
substrata ex cera flava confecta patina; & tan-  
dem post tres dies suspensionis, inveniti mu-  
cosam quandam materiam, unâ cum nonnul-  
lis insectis vomitu rejectis. Bufonem verò hoc  
veneno rejecto, quod tamē ante triduum  
non rejiciat, obire. Hæc verò deprehendit

Helmont; Sed cum verum hujus usum à dico Buttlero vellet sciscitari, qui tunc temporis incarceratus detinebatur, cum è carcere liberatum Buttlerum, nec amplius præsentem invenit, hinc verum hujus usum ignorans, attamen ex hoc rejecto veneno, & bufonis cadavere seorsim exsiccato & in pulverem redacto, cumque tragacantho trochiscos paravit, quos tam ad præservationem quam curationem insignes deprehendit, & eorum veram ac probatam experientiam attestatur Kircherus Zvelfferus & alii.

Ego cum terra lemnia, gelatinâ viperatum insuccatâ hosce formarem trochiscos.

Sic etiam pro amuleto admodum recom mendant multi cum Helmonte frustum succini lucidum, quod quovis mane, septem planetarum pulsibus affricatum, ad incalescenciam, verissimè à peste præservare afferunt.

Uti & sequens *Cl. Cnæffelii Emplastrum Magnetum* quod

*b. Succinio p. pulv. 3. g.*

*bufon. exsiccat. & pulv. 3. j.*

misce, & huic in cucurbita tantum spir. vini adde, ut transversum digitum emineat, post in M. B. abstrahe hunc spiritum, usque ad consistentiam magmatis, ter affuso semper novo spiritu, hujus quantitas præsens optime subigitur

tur cum Empl. de Meliloto in Emplastri con-sistentiam.

Hoc singulo emunctorio applicatum, omnem attrahit malignitatem, etiam in anginis, & tumentibus tonsillis, circa collum gestatum, ut & aliis malignitate conjunctis affectionibus.

Item in hæmorrhagiis narium, ex nimia sanguinis ebullitione, sub illius lateris ala gestatum, cuius narium foramen sanguinem stilat, vel sub utraque, si utrumque cruentetur, mirabili tractu, fluxum subito cohibet.

Porro etiam Oleaginosa & ratione præservationis & curationis, non contemnendæ sunt energiæ in peste, illis enim ventriculus bellè oblinitus & quasi emplastratus, ab acutissimis & corrosivis veneni effluviis, omnino fit intactus & salvis.

Hinc Balsamica sulfurea, in primis è sulfuro Antimonii parata maximo cum effectu exhibentur: ubi nec sequens contemnendus

### Balsamus vitæ H.

*N.* *Florum sulfuris vitriolas.* 3. iiij.

*Aloes Hepatica.*

*myrrha elect.*

*olibani ana.* 3. iiiij.

*crocis orient. integr.* 3. 8.

*ci ramoni.*

*cubebar. ana. ȝ. iiij.*

*Angelic. ȝ. i.*

*Rhabarb. ȝ. ȝ.*

*In eis & contusis adde in cucurbita,*

*Olei Juniperi.*

*therebinth.*

*chamomill. ana. ȝ. ȝ. ȝ. iiiij.*

*succini ȝ. iiij.*

*caryophyllor. ȝ. ȝ.*

Hæc optimè mixta, stent probe clausa in digestione per mensem: tunc supernatantem Balsamum clarum decantare poteris. Restantiverò massæ affundæ aquis vernalis therebinthinae ȝ. j. & ex cucurbita apposito alembibico destilla leni igne, & prodit Balsamus qui decantato priori commiscendus.

Hic balsamus præter vim alexipharmacam, insignium porro est virium, in aperiendis rerum obstructionibus, pectoris item affectibus & similibus, Dosi gutt. v. ad. vij. & ultra.

Externe inunctus, catarrhis medetur, confortat cerebrum, nervos, absumit tumores à frigido, curat vulnera & similia  
alia patrat.

## CAPUT VI.

*Anodyna & Mitigativa habet.*

**H**Ac dolorum anchorā nil ægrotis gratius, nil omnino acceptius, ex hac, inductam quietem, jucundis in somniis peractam, sequitur refocillatio, humorum temperies, acrium dulcificatio, hincque laudabilior nutritio, labor nullus.

Hæc in externa & interna distinguimus.

Inter externa numeramus epithemata, quæ ex pane similagineo; lacte, croco, & vitello oviconfiant. Sic & soli lumbrici vivi dorso applicati, dolores probè ejus leniunt, uti & lac calidum vesica exceptum, & in dolore pleuritico lateri dolenti applicatum. Nec Pediluvia contemnendi sunt usus, quæ ex capit. papav. lactuca, melilotto &c. facta fuere: ac optimè item ad conciliandum somnum temporibus applicatur, hoc

*Emplastrum somniferum.*

&c. Vng. populeon. 3. i.  
ol. papav. express. 3. iii.  
radie. mandrag. 3. i.

*erecti or. D. vj.*

*caſtor. D. ſ.*

*Opii. D. v.*

*cera. q. f.*

**f. f. a. Emplaſtrum.**

*Vel hoc Unguentum aut simile, v. g.*

**Bz. Alabastri pulv. 3. ſ.**

*ung. populi.*

*roſat. meſ. ana. 3. j.*

*ol. nymph. 3. j. ſ.*

*camphor. D. i. j.*

*Opii corr. D. i. j.*

*ceramodicum.*

**mſ. fiat unguentum nucha & temporibus in-**  
**ungendum in capitis doloribus.**

*Vel Bz. Olei nuciſte 3. j.*

*Opii D. j.*

*sacchari Saturni 3. j.*

**mſ. & inunge.**

**Inſignis etiam uſus erit ſequens**

**Pomum ſomniferum Reg. Polon.**

**Bz. Opii thebaic.**

*resin. iadan.*

*ſporac. calam. ana. 3. i. j.*

*ligni aloes pulv.*

*radie.*

radic. ireos pulv. ana. ȝ. 6. ȝ. ij.

nuc. moschat.

crociana. ȝ. j.

exactè mixtis in fine adde

moschi or. ȝ. ȝ.

ambra. ȝ. j.

ol. rosar. still. veri gutt. vj.

ml. fiant s. a. duo poma, quæ manibus tracten-  
tur ex unâ in aliam, donec incandescent, & odor  
nates feriat.

Nervina etiam huc referuntur, quæ alcali-  
na sua balsamica proprietate, acrimoniam &  
acidum nervis inimicum absorbent ac demul-  
cent. Talia sunt spirituosa sulfureo-salina, ut  
spir. vini generosus, lumbricorum, C. C. & si-  
milia alcalinæ indolis, quæ omnis generis dol-  
loribus convenient, membranosis tamen me-  
lius, quam carnosis, ut inflammationibus &  
similibus applicantur.

Hæc sunt anodyna externa, quæ ab inter-  
ni solo gradu differunt, quædam enim sunt  
anodyna, quæ non æquè sunt narcotica, nec  
hypnotica, dum nimis actimoniam qui-  
dem humorum mitigant, & consequenter do-  
lores auferunt, & per accidens quoque inter-  
num soporem carent; licet somnum intentio-  
ne primaria non efficiant.

Ad

Ad interna igitur confugiendum, quæ per se anodyna & hypnotica sunt, quæque incensivos spirituum motus refrænat, spirituum claustra obserando, acriores verò interim humores obtundendo, ut postmodum repululantes, minus offendantur.

Ex hisce (exceptis mineralium veris, vi sua peregrina spoliatis sulfuribus,) non datur præstantius Opio.

Hoc, cum dicta sulfura apud nostros Medicos adhuc sint admodum incognita & rara, omnia alia præcellit anodyna, quo Medicinæ status adhuc minimè carere potest, teste Willilio, & continua experientia; imò dantur, qui cum Cl. Sylvio libentius Medicinæ renuntiare, quam Opio carere malunt.

Laudatum hoc medicamen ritè paratum ac legitimè usurpatum, summum est remedium, quia dolores lenit, spiritus exorbitantes refrænat, somnum conciliat, morbumque in suo centro detinet, ut tum debellari, & maturrari pro lubitu possit.

Ejus quidem laudi, aliquid derogate videatur Cl. Ammannus, quod de ejus effectu nobis adhuc dum nihil certi constet, cum veram dosin ignoremus, ac hinc in sedandis doloribus & vigiliis, sæpiissimè vel sine, vel cum infelici effectu utamur.

At

At hoc improvidis potius in aurem ! rite enim paratum Opium & legitimè adhibitum aliud docet. *Confer Vedelium de Opio.*

Et politus *Thomson*, qui etsi rarò eo utatur, cum Helmonte teste, terrore plena sit opiorum exhibitio, ob salem acrem, amarumque soporiferum oleum; attamen usum in Medicina habere, non diffitetur, propterea que hanc præparationem & correctionis modum commendat, v. g.

Opium igni miti expositum, odore foetido ex parte spoliatum, spiritu salis vinoso imbibatur, per aliquot dies calore moderato digeratur, tandem sal tartari maslæ acidulæ gradatim admisce, hocque toties reitera, donec saporem austерum plane deposuerit: deinde Martis sulfuris subdulcis quantitate sufficienti imprægnetur, benè agitetur, & in mellis consistentiam reducatur. Hujus ȝ. ȝ. in spir. vini alcalifati ȝ. dissolvatur.

Tinctura in loco tepido eliciatur, decantetur vel filtretur in vase vitro benè obturato, & ad usus reponatur: cuius Dosis ȝ. ij.ij. vel ȝ. ȝ. cum vehiculo quovis.

Si hanc tincturam parare scis, habebis arcanum non insimum, sed lectissim° salis vinous spiritus odore gratissimo affectus, stomacho adaptissimus, è sale armoniaco fixo, mediante

diantem vino dephlegmato fabricatus præsto sit, ut & sulfur Martis legitimè paratum.

Alias ex oleo vitrioli subrubicundo & sale armoniaco bis vel ter à sale decrepitato elevato, in spiritum vini rectificatissimum demersis, & simul conquassatis, exstillatur spiritus acidus volatilis fragrantissimus & penetrans, stomacho vitalibusque perjucundus, in morbis cum acutis tum chronicis cum levamine propinandus, in superioris defectu etiam hoc trahendus. Alias item nobiliores præparations vide de Opio.

Dantur porro aliæ Opii correctiones inter quas sequentes

### *Pillulae Starckii s. Matthiae*

Non sunt contemnenda virtutis: eos recenset Marrovv. Off. Chymic. Physic. l. 1. pag. 57. confectio talis.

v. Salis tartari q. l. affunde olei therebinth. modicè, q. s. dum pulsis instar fiat, vitrum tectum colloca ad aërem, motita subinde singulis diebus, usque dum unita sint, refunde novum oleum; ac hoc reitera, donec omne saltartari sit solutum, & saponem candidum natum sis: tum Recipe Extracti Opii cum spir. vini facti 3. j. saponis prædicti 3. ij. mixtis adde extracti Helleb. nigri per spir. vini facti 3. j. & tan-

tandem pro meliori consistentia adde pulv.  
rad. glycyrrhiꝝ ȝ. j. misce & serva in vase be-  
nè obturato, ne ab aëre, à quo rubescere solet,  
alteretur.

Instillantur interdum olei therebint. gut-  
tulae aliquot, quo conservetur massa. Dosis est  
ā ȝ. p. ad ȝ. j.

Nob. Boyle hanc Opii correctionem habet.

R. Opii in taleolos scissi & exsiccati lento  
igne, & pulv. salis tartari pulv. ana. ȝ. j. misce  
optimè, post assunde sensim acetum destillat.  
donec nulla amplius ebullitio appareat. Ma-  
neant simul ad extraherendam tincturam in fri-  
gido, tum filtra ut dimittantur fæces, post eva-  
pora ad consistentiam Elixiris crassi. Dosis à  
gr. ij. ad x.

Vires sunt insignes in omni ebullitione san-  
guinis sistenda, post pastum propinatum, alvi  
excrementa albicanter reddit: & infantibus in-  
quietatis optimè exhibetur.

Alias Opii combinationes vide in Chymia  
experimental. Ex c. Wedelius in Cinnabari et  
iam nativâ, eximiam anodynæ vim latitate  
refert, exitide enim conquievisse dentium do-  
lores, capitis, nervosarumque & aliarum par-  
tium, notasse asserit. Hinc absorbentibus,  
præcipitantibus & acrimoniam temperanti-  
bus adnumerat. Sed vide quæ de Cinnabari

530 *Medici præsenti seculo accomod.*

nativa supra notata sunt: Si enim ita crudè tāles eximias continet vires, quid non resoluta & in vinum vitæ ejus sulfur redactum efficiet!

Interea R. *Opii legitimè parati.*

*essent. croci,*

*cinnab nativ. ana. 3. ij.*

Fiant Pillulæ quarum dosis gr. v. vj.

Jam quibus convenientia Opiata paulò dispiendium, omnium in genere humorum acrimoniam demulcent, & suavem vigilarum inducunt requiem, modò à nimia siccitate non orientur, ubi pediluvia & capitiluvia melius adhibentur, vel humectantibus, acita per stratagema demulcentur vigiliae, præser-tim in senibus à lymphæ defectu inductæ.

In quibusunque seri & sanguinis fluxibus scil. narium, uteri, diarrhœa, dysenteria, febribus catarrhalibus, insigniter humorum acrum refrænant impetum, & optimè pacant Archeum.

Quemadmodum autem in dictis humoribus attenuatis, subtilioribus, acrimoniaque prædictis per optimè convenientia Opiata, ita in eis si ad coagulationem tendunt copiosi, no-centissima sunt, ut in hydrope, pectoris affe-tibus, asthmate &c. si in pulmonibus peccans existat materia, tum enim plus eam concen-trant,

trant, quam solvunt, hinc cautè procedendum.

Hæc Universalia sunt.

Sequuntur Medicamenta certæ parti magis appropriata.

---

## CAPUT VII.

### *Cephalica continet.*

NON hic prolixum instituemus discutsum de corporis quibuscumque affectibus, & quæ circa eos consideranda veniunt, sed saltem ea tangemus Medicamenta, quæ in genere huic parti magis, qñam reliquis corporis partibus dicata sunt. Hippocrati enim adstipulamus, morborum omnium unum eundemque esse modum, sed locum diversum & differentem: non secus ac vegetabilia omnia aquâ nutriuntur unâ & eadem, diversis tamen imprægnata seminum particulis, ubi hæc planta has, alia alias sibi implicat particulas, naturæ suæ convenientes, non enim æqualis est omnium recipiens modus; sic inter Medicamenta dantur, quæ propterea particulis, plus huic, quam alteri parti dicatis constant.

In genere ea omnia Cephalica sunt, quæ nervos respiciunt confortandos, & spiritus dulcificandos; qualia sunt omnia ea quæ particulis suis subtilioribus ita dulcificant acrum spicula & rectificant, ut sine impedimento tandem in ipsos animales spiritus, nervorum gratum pabulum abire queant.

Hæc ut plurimum volatilia sunt & subtilissima, quorum proprium summa est dulcedo, ut in spiritu vini manifestum est, inter quem, & animales spiritus, tanta videtur communio, ut eos languentes refocillet admodum, talium etenim particul. expansioni aptiores sunt, quo sunt subtiliores, ac hinc quæ movenda sunt, vegetiori etiam & diuturniori motu incitant: taliæ requirunt vigilæ serum.

Sunt verò alia fixiora quæ quidem per se cephalica non sunt, ut in nervorum vel spirituum animalium pabulum migrant, attraheant, eorum efficaciam promovent & exaltant, ut omnia ea quæ hostes quoscunque nervos oppugnant, ac debellant. Et sunt vel externa vel interna.

*Cephalica* magis specialia teste Helmonte, *sæpe volatili se commendare solent*, qualia sunt ferè aromaticæ omnia, sulfurea, oleosa & volatilia, acutiori Solis motu exaltata & dulcificata, quæ spiritus augent & eorum languentium

acti-

acrimoniam, vario modo inductam corrigunt.  
Hæc sunt vel alcalia volatilia, vel acida volatilia, ultimâ naturæ operâ, perfecta, & artificis manu legitimè separata.

*Ex alcalibus* sunt salia volatilia, sanguinis, C.C. Cran. Human. urinae, Succini & similia.

*Ex Acidis*, omnes à crassioribus, crudis particulis liberati & summè volatilisati spiritus, minerales præprimis.

Diversus verò est horum effectus: *alcalia*, spiritus confortant, augent, & exaltant, ac extollare faciunt, ubi *Acida* è contra confortando concentrant, & exorbitantes eorum motus refranant.

His adnumeramus mineralium sulfura correcta, quæ radiales suas cerebro communicant vires, & ab impuritatibus diverso modo avehendis, illud vindicant.

Inter fixiora minus specialia locum habent omnia absorbentia, humores acres irritantes præcipitanria & demulcentia, & vel interna vel externa.

*Externa varia* sunt vel humectantia, refrigerantia, v. g. epithemata, frontalia. Vel discutientia, ut apophlegmatismi, sternutatoria. Vel Anodyna ut Unguenta, Balsami: vel roborantia varia balsamica oleosa, spirituosa & similia.

Intelligenda verò omnia hæc sunt, & consideranda universalibus præmissis : Si enim, pro Exemplo, in catarrhis lotiones, balnea, vel balsamica calidiora inungendo adhibeas, materiam liquando & in vase precipitando, graviora induceres mala.

Porrò item minus specifica Cephalica, respiciunt humores varie alteratos & vel quantitate vel qualitate peccantes.

Silympha pura, spiritu nimium saturata volatili sulfureo salino, existat, particulis peregrinis imprægnata, quæ ut in ebriis conspicuum, turbant animalium spirituum motum ; tunc vel parcior diæta, vel magis acida conducunt.

Si verò deficiat hæc dulcis lympha & absumentur, ut in febribus ardentibus, tum conveniunt optimè vel epithemata, vel emulsiones egregiè humectantes & refrigerantes.

Si verò in senibus hæc absumatur, & vigilæ excrucient, spiritu animali deficiente, tum humectantia suavia sulfureo-salina, quale vim est & simili præstant.

Jam si formulæ placeant, sequentia consule, ubi primò se offert ex liquidioribus seq.

### *Aqua Cephalica D. W.*

*q. Radic. Angelic.  
ciperi rot.*

*areos*

ireos flor.

caryophyllor. ana. 3. ij.

Herb. &amp; summ. salv. acutifol.

majoran.

anthos. ana. m. j.

summ. meliss.

lavendul.

thymi.

Fl. rosar. r.

lilior. convall.

primul. veris ana. m. β.

coreic. citri. rec. ext.

arant. rec. ext. ana. 3. ij.

lignisantal. alb.

piper. long. alb.

cardamom.

cubebar.

calam. arom.

sem. eruc. ana. 3. j.

Zingib.

Zedoar.

nuc. mosch.

maceris.

garyophyll. ana. 3. 6.

cinam. el. 3. j.

Incisa & confracta infunde in vini albi generos. lib. iiiij. postea per vesicam destilla. Ex remanentia incinerata fiat sal, quod cum aqua circuletur.

*Aqua Anhaltina Cephalica.*Bz. *Thunis.*

masticb. ana. 3. j.

*macis.**piper. long.**nucis mosch.*

cinamom. opt. ana. 3. B.

*Fl. anthos.**salv.**sambuc.**majoran.**rosarum.*

basilicon. ana. 1B. B.

granor. juniperi.

*actes.**baccar. lauri.*

sem. reisi.

*fænic.*

pecon. ana. 3. ii. B.

*ligni aloes.*

santalici curin. ana. 3. ii.

Pulverisata omnia & incisa infunde in 4. mensuris spir. vini opt. digerantur per 8. dies, tunc destilla ex M. B. quod primo stillat servetur ad internos usus, quando minus clara exire incipit, mutato excipulo, seorsim illud excipe ad externos usus.

Vires hujus aquæ spirituosaæ, sicuti & præceden-

cedentis insignes omnino sunt, in Apoplexia,  
Epilepsia, Paralyssi, Vertigine, Tremore, Le-  
thargo, animi deliquio, & internè & externè.

Dosis est à cochlearijs. ad iiij. iiiij. vel vij.

### Aqua Magnanimitatis.

Rx. Formicar. acidum redolent. cum olla ter-  
rea melle intus inuncta captarum.  
m. vij.

spir. vini anthosati. fl. iiiij.

Lilior. convall. simpl. fl. j.

mixta stent per octo dies in formicarum ma-  
gno acervo vase bene clauso: Postea destille-  
tur ex M. B. & egressus spiritus rectificetur.

Hujus recipe 3. iiij.

spir. vitrioli volatiliss. 3. j.

aqua Anhalt. præced. 3. fl.

confect. alkerm. 3. ij.

Spec. diambr. 3. fl.

mixta digerantur in phiola hermeticè obser-  
ta per 14. dies, post filtra per chartam, & serve-  
tur in vitro probè clauso.

Vires insignes sunt in cerebro confortan-  
do, Epilepsia, Apoplexia, lipothymia &c. de-  
bellanda.

Dosis est j. ij.

*Aqua Magnanimitatis alia.*

Recipe Spir. vini ter. super formicis s. q. rectif.  
mens. iiiij.

herb. meliss. m. iiij.  
cortic. curri. fl. 3. 8.  
cinam. el. 3. 8. 3. ij.  
caryophyll. 3. j.  
cardamomi.  
cubebar. ana. 3. vij.  
zedoar. 3. ij.  
mastic.  
storac. calam.  
benzoiana. 3. j. 8.

Stent in digestione per 8. dies & noctes:  
Postea destilla, rostro alembici impone mo-  
schi 3. 8.

Formicæ collectæ sint luna crescente, circa  
solstitium aestivale, mense Junio, sereno cœlo,  
in cucurbita in qua frustum casei repositum  
fuerit, ubi sufficientem earum copiam habue-  
ris, baculo acuto exime caseum, & superfunde  
spir. vini ad eminent. 3. digitorum & de-  
stilla, in spiritu egresso recentes formicæ in-  
fundendæ & destillandæ, donec spiritum for-  
micarum essentia habeas admodum impræ-  
gnatum.

*Aqua Catarrhalis. F.H.*

℞. Summitatum serpilli campestris rec. sta-  
tim

tim in primo flore collect. q. v. affunde *Vini Malvatici* q. s. ut tres emineat digitos, insolentur in cucurbita capaci, firmiter clausa, per 14. dies, tunc destilla, destillatum recentibus affunde summitatibus, rursusque ut antea ad Solem digerantur, aut destillentur, tandem in quamcunque hujus aquæ libram, infunde rasuræ lignis saffras 3. g. tempore usus per inclinationem separa q. s. ad usum.

Vires non sunt contempnenda in quovis catarrho, præservat ab Apoplexia, Epilepsia, Paralyssi & similibus. Dosi cochl. j. vesperi quando catarrhi moventur.

### *Aqua Cephalica alia D.P.H.*

Recipe. *Fl. lilior convall. m. viij.*

affunde *Vini Rhenani* lb. ij. stent per 13. dices & noctes, postea adde *fl. pœon.* m. iiij. stent rursus per 3. dies & noctes, postea per M.B. destilla: in destillato infunde

*Flor. lavendul.*

*anthos.*

*stroechad. arab. ana. m. 3.*

*caryophyll. 3. ii.*

*nuc. moschat. 3. i. 3.*

*cubebar. 3. i.*

*radic. pœon. rec. 3. i.*

stent

stent in infusione, postea destilla, & destillato  
adde cerasor. nigr. sylvestr. enucleator. contus.  
*m. i.*

Uſus est in Hemicrania, cephalalgia, de-  
fluxionibus ex frigido. Dosi cochl. j. vel ij. tem-  
pore vespertino.

Hæc sunt liquidiora, quæ citiori ope, & ubi  
periculum in mora rem expediunt, ut in Epi-  
lepsia, Apoplexia, lipothymia, affectibus hy-  
stericis & similibus. In hisce etenim expedite  
succurrunt spiritibus animalibus crudioribus  
acidis, salinis particulis irretitis, impeditis, al-  
teratis, dictorumque spirituum impedimentis  
reprimendis, eorumque viribus augendis &  
exaltandis.

Sequuntur paulo majori consistentia prædi-  
ta v. g. Balsami. Inter quæ hoc loco non con-  
temnendus venit *D. D. Rappen.*

### *Balsamus albus.*

Recip. *Therebint. Venet.* lib. 10. immitte ol-  
iæ magnæ invitreatæ cum aquæ vernalis. s. q.  
ut aliquot emineat digitos, postea successivis  
vicibus per æstatem infunde herbas & flores  
in sua exaltatione collectos, v. g.

Recipe *Flor. lilio. convall.*

*narciss.*

*gryophyll. hortens. opt. odorat.*

*flor. thilie.*

*rojorum centifol.*

arantiar.

citra.

jasmini ana. m. ij. vel iiij.

Herb. &amp; summit. hyssop.

melissa citra.

menha moschat.

origani.

serpilli.

basilicon.

majoran.

puleg.

rosmarini.

lavendule.

thymi ana. m. ij.

cortic. citri recent.

arant. rec. ana. lb. j.

Singula ante impositionem grossè inciduntur, ac in hebdomade bis vel ter spatula lignea subigantur & misceantur; ut probe putrefcant & fermentetur per æstatem. Postea ex vesica destilla, addita aquæ recentis q. s. & oleum crystalli instar clarum separetur ab aqua, & servetur.

Vires sunt insignes in Apoplexia, Vertigine, catarrhis, & similibus, ac si defluxiones repetit, absumento eos, locum quasi pungit & vellicat, ad guttulas aliquot vertici instillatus.

Internè Renes putificat, stomachum confortat, & urinam pellit. Dosi gutt. x. ad xx.

Bal.

*Balsamus alius ad Memoriam  
D.D.W.*

R. Gumm. ammon. elect.  
myrrhe. el. in gran. ana. 3. ij.  
baccar. lauri.  
croci orient.  
benzoi.  
amygdalar. ana. 3. ii.  
Fol. lauri. rec.  
flor. lavendul. ana. m. ij.  
ol. laurin. 3. iij.  
Ag. Anhalt. supra dict.  
*Vita Aromat.*

Incisa ac confracta per mensem infunde.  
Postea destilla, destillato adde salis volat. sang.  
humani 3. ij.

Olei anthon.

salvia.

succini per spir. vini rectif. ana. 3. ii.

Circulentur & serventur separata, spir. &  
balsamus ejus. Dosis mane & vespericohlear  
s. ad unum: confortat cerebrum, memoriam  
& similia: hujus guttulæ aliquot internè & ex-  
ternè eidem usui inserviunt.

*Balsamus Apoplecticus.*

D. Egisi.

R. Olei nuciif. expr. 3. ij. Æ. ij.  
ambra grisea. Æ. gr. vij.

moschi.

moschi. 3. ij.

Zibethi. 3. j.

Oleo nucistæ in mortariolo calido liquato ambram adde , oleo cinamomi & succini solutam , moschumque spiritu rosarum cum Zibetho , misce omnia probe , & refrigeratis adde Balsami Peruviani q. s. ad consistentiam justam , tum serva in loco frigido , ne separetur , Balsamus Peruvianus .

Vires sunt notæ satis in confortando cerebro , præservanda Apoplexia , aëre maligno , naribus , temporibus &c. applicatus .

### Alius Collegii Romani.

¶. Ol. nucis moschat. expr. 3. j.

Balsami Indici veri.

ambræ gris. 3. ij.

moschi di Levante 3. j.

Olei still. salv. cum lil. convall. parat. gutt. xxi.

mastic. gutt. xv.

caryophyll. gutt. xij.

succini gutt. vij.

cinamomi 3. j. 3. gutt. ij.

gummi tacamahac. q.s.

ml. lat Balsamus .

Q. L.

Qui confortat cerebrum, excitat spiritus, præservat ab Apoplexia, liberat à vertigine, discutit cruditates acidæ lensum frigidi inducentes: umbilico illitus à colica liberat, &c.

Si sensim spirituum animalium impedimenta removenda & spiritus confortandi, durioris consistentiæ medicamina, liquidioribus præstant, quia citiori dissipationi minus subiacent. Inter hæc convenit seq.

### *Extractum Epilepticum.*

R. Medulla castor. 3. j. f.

succini. 3. ij.

viscicorylini. quercini 3. j.

santali cinnimi 3. f.

spec. diarrhod. Abb. 3. f.

jecor. ranar. virid. exsicc.

Olibant pulv. ana. 3. iij.

sem. pavon. rect. temp. collect. 3. ij.

flor. thilia.

pæon. ana. p. iij.

croci or.

stercor. pavon. ana. 3. f.

maceris.

galang. ana. 3. f.

Cum spiritu vini anthosato fac extractum, liquido adde

Salis volat. cran. human. 3. iiij.

confect. de hyacyntho 3. ij.

Opit.

Opii legitimè parati 3. j.

cinnabar. nativ. 3. ij.

perlarum preparat. 3. ss.

Aqua Anhaltin. Cephal. 3. j.

Misce exactè, & longa agitatione, levi igni  
imposita reduc in consistentiam extracti, è  
quo formentur Pillulæ, quorum Dosis 3. ss.  
ad 3. j.

### Velfiant hæ Pillulæ.

Rx. Extracti liquiritie

aloes ana 3. ss.

Doronic. alpini pulv.

storac. calam.

myrrhæ

laud. opiat. ana. 3. ij.

extracti croci 3. j.

Cum syr. papav. errat. & elixit. proprieta-  
tis, addita aqua Anhaltina fiat Massa, è qua  
formentur Pillulæ, insistendis catarrhis opti-  
mi effectus, Dosi 3. ss ad 3. j.

*Si in hoc casu simul evacuandum sit,*

Rx. Aloes socotrin. 3. vi.

magister jalapp.

trocch. althand. ana. 3. j.

storac. in gran. elect.

extracti castor.

ligni aloes ana. 3. ss.

succini pulv. 3ij.

Doronic. pulv. 3. ij.

olei. still. succini gult. vj.

Cum Elixir Proprietatis Rhabarbarisato &  
Aquâ Anhaltin.f.s. a. M.P.Dosis Pillular. à 3. 6.  
ad 3. 8.

### Velfianthæ D.F.H.

rx. Ladani depurat. 3.j.

extræti M. P. cochlear. 3.j.

succini alb. præparat. 3. 8.

sal succini volat.

sang. human. volat. ana. gr. xiij.

resin jalapp. 3. j

moschi gr. v.

ambra gr. vij.

Cum aqua fl. thiliæ fiant Pillulæ.

Dosis à. 3. 8. ad 3.j.mane & vesperi ante le-  
cti ingressum in catarrhis ablumendis, & Epilepsia præservanda.

Si Præcipitantia simul ex usu esse videan-  
tur, quo in primis viis fermentum malignum,  
spiritibus, exhalationibus suis corrodentibus,  
pungentibus, inimicum, destruatur, & altere-  
tur, sequentia à D.D. Michaelē communicata,  
conducere creduntur, quale est,

*Md-*

## Magisterium Epilepticum ejus.

Rx. *Vngul. alcis.*

*craniu humani violenta morte perempti.*

*Cornu alcis.*

*C.C. ana. 3. j.*

*Smaragd. or. 3. B.*

*unicornu veri 3. ij.*

Pulverisatis affunde menstruum ex sale &  
alumine paratum q. s. solutionem præcipita  
spiritu vitrioli, post edulcorationem adde

*Magister. succini 3. j.*

## Magisterium Cordiale ejusdem.

Rx. *Margarit. orient. 3. B.*

*corallorum r.*

*lapid. percar. ana. 3. j.*

*rasur. eboris.*

*C.C. ana. 3. vj.*

Pulverisata cum dicto menstruo solve &  
spiritu vitrioli præcipita, tandem edulcora.  
Ex his emergit ejusdem

## Specificum Cephalicum.

Rx. *Cinnabar. Nativ. purif. 3. iiij.*

*fœcul. pœon. 3. j. B.*

*magister. Epilept. 3. B.*

*cordiale. 3. iiij.*

mſ. fiat Pulvis.

Mirum quantum hisce magisteriis hæc  
nus adscriptum sit, & in quanto pretio habita  
fuerint, sed juxta nostra principia hæc magi-  
steria admodum arroganter prædicata sua  
nacta fuere, quippe non sunt nisi pulvis ope  
acidi crudioris corrosus, & viribus genuinis  
destitutus. Melioris sane effectus judicarem, si  
absque solutione cum acido, dictæ species in  
subtilissimum pulverem conversæ & præpa-  
ratæ darentur, majorum tum virium, in præ-  
cipitando crudiori, & in correcto, nervos mo-  
lestante acido. Hinc sequentes Pulveres ma-  
gis specificos judico, ut est v. g.

### *Pulvis Epilepticus Mæbii.*

Rx. *Cinnab. Nativa Hungar.*

*antimon. rectif. ana. ȝ. ȝ.*

*Smaragd. or. præparat.*

*C. C. sine igne.*

*Cornu Alcis sine igne.*

*Visci corilini ana. ȝ. ȝ.*

*m.f. pulvis.*

### *Vel hic D. Sch.*

Rx. *Pulv. Marchion. ȝ. iii.*

*succini albi præparat. ȝ. ii.*

*apic. C. C. philos. præparat. vel calcin.*

*radic. pœon. ana. ȝ. vi.*

*anti-*

antimon. diaphoret. 3. ℥.

Smaragd. preparat. 3. ij.

crani human. preparat. 3. ℥.

mf. f. Pulvis.

*Vel hic F. H. f.*

℞. Succini albi preparat. 3. j. ℥.

rad. peon.

Doronic. ana 3. ij.

cortic. citri 3. ℥.

spec. dianthos.

diambra ana. 3. j. ℥.

corall. r. preparat.

margarit. preparat. ana. 3. j.

salis vol. cran. human. 3. ij.

ambre. gr. v.

moschi. gr. vij.

mf. f. Pulvis subtilissimus.

*Vel hic D. Egſii.*

℞. Entis horizontis. s. electr. miner. immat. 3. ℥.

cum aqua flor. thiliæ preparat. adde

cranii humani preparat. & calcinati,

macis. ana. 3. ij.

croci 3. j.

mf. f. Pulvis.

Dosis à 3. R. ad 3. j. tribus diebus ante &  
post novi & plenilunium. Infantibus datur ad  
gr. v. vij.

Si delicatuli sint, quibus saccharata placent,  
eis possunt parari Rotulæ sequentes v. g.

R. Extract. calam. aromat.

ruthæ ana. 3. j.

Olei deft. ruthæ.

succini ana. 3. 3.

sacchari in aq. ruthæ solut. 3. iiiij.

Fiant s. a. Rotulæ, præservantes ab Apo-  
plexia, Epilepsia, Vertigine, aëte maligno &c.

Vel Recipe spec. diambra.

diamoschi.

perlar. præparat. ana. 3. j.

conf. alkerm. compl. 3. ij.

sacchari alb. aqua rosar, fragr. solut.

f. f. a. Rotulæ.

Vel R. Extracti ligni Aloes.

ambra gris. ana. gr. iiiij.

succini alb.

perlar. præparat. ana. 3. j.

moschi gr. ij.

Ol. nucifæ gr. viiiij.

sacchar. alb. 3. iiij.

Cum aquâ Anhaltina solutis. f. f. a. Rotulæ.

Si Externa simul applicari debeant, v. g. in  
Catarrhis suffocativis, fiat seq.

### Emplastrum.

R. Ladani purissimi 3. vj.

stirac. liquid. 3. j.

Ol.

*Ol. dest. mastich. 3. j.*

*caryophyll.*

*rorismar.*

*macis. ana. 3. 3.*

*pulv. succini opt. 3. 3.*

*lapid. magnet. 3. ij.*

Cum oleo mastich. & ceræ q. s. f. s. a. Empl.  
quod derasis capillis vertici applicandum.

Vel hoc.

*R. Macis.*

*nucifæ.*

*olibani.*

*mastich.*

*styrac. calam.*

*gummi juniper. ana. 3. ij. gr. v.*

*rosar. r. 3. j.*

*ladani 3. iiiij.*

*thereb. cypr. 3. ij.*

F. s. a. Empl. in mortario calido, quod in  
Apoplexia, Epilepsia, Catarrhis, bregmati ap-  
plicatum mira præstat.

Vel.

*R. Gummi carann.*

*tacamahac.*

*elemi ana. 3. 3.*

*Balsami Peruv. 3. iiij.*

*Opium thebaic. 3. 3.*

mf. fiat Emplastrum Catarrhale eximium.

Si Sternutatoria necessaria videantur, cape hanc Nobilis de Mulinen compositionem.

- ℞. Tabaci opt. ℥. j.
- fl. lilior. convall.
- majoran. ana. ℥. ij.
- anthos.
- lavendul.
- cheiri.
- betonic.
- thilia ana. ℥. j.
- Helleb. alb.
- galis vitrioli ana. ℥. β.
- sem. nigell. ℥. j.
- moschi gr. vij.
- ambræ gr. iiij.

ms. f. pulvis subtilissimus eximius in Apoplexia, Catarrhis &c.

- Vel, ℞. Tabaci opt. ℥. vij.
- majoran. ℥. iβ.
- moschi ℥. β.
- balsam. Apoplect. ℥. ij.
- Zibethi gr. xv.
- Ol. caryophyll. ℥. ij.
- ligni rhod. ℥. j. β.

ms. fiat pulvis subtilissimus.

Si Fumus Catarrhalis expetatur,

- ℞. Succini albi ℥. ij. β. ℥. ij.
- benzoi ℥. j. ℥. ij. β.

gummi

gummi animæ, mastich. thuris ana, ʒ. ȝ.

caranna ȝ. j.

flor. rofar. r. ȝ. v. ȝ.

balaust. ȝ. ij.

lavendul. ȝ. ij. ȝ.

calcatripp. ȝ. j.

caryophyll. ȝ. iiii.

storac. calamit. ȝ. ij. ȝ.

ms. fiat Pulvis grossus carbonibus inspergendo  
dus pro suffimento.

### Si Cucupha placent,

℞. Herb. veronic.

majoran. ana. m. j.

fl. rofar. damascen.

rasuræ succiniana. ȝ. j.

storac. calam. el. ȝ. ȝ.

spec. diambr.

aromat. rosat. ana. ȝ. j.

olei ligni rhod. ȝ. ȝ.

ms. fiat Pulvis grossus.

Vel, ℞. Fol. majoran.

rorismarin.

Summ. Flor. anthos.

serpill.

menth. moschat.

lavendul.

chamom. rom. ana. p. ij.

Radic. ireos flor. ȝ. ȝ.

gummi animæ.

storac. calam.

Mm §

benzoi

*benzoi ana. 3. ij.*  
*sem. nigell.*  
*succini albi.*  
*summitat. thymi ana. 3. j.*  
*moschi.*  
*ambra ana gr. vij.*

Incisa grosse irrorentur aqua Anhaltina, & exsiccata in pulverem redigantur.

Iam si hæc specialius restricta velis, ad certum quendam cerebri affectum v. g.

### *Ad Epilepsiam,*

Et alios convulsivos affectus; Ego sequenti methodo miranda præstiti.

Primò Vomitorium præmisi ex antimoniatis vel si huic non concedebatur usus, vel morselloſ vel aliud purgans non ingratum exhibui, repetitis vicibus.

Postea cum utplutimum insultus isti convulsivi oriantur ex lympha acri mordicante acida, nervos pungente, hinc sequens optimum inveni v. g.

*Bz. Aq. betonic.*  
*fl. thilia.*  
*fænic. ana. 3. iiiij.*  
*tinct. succeini tartar. 3. j.*  
*spir. salis armon. volat. urinos. 3. ij.*  
*syr. fl. pæon. 3. j.*

mf.

ms. d. S. mixtura, de qua singulis horis pro-  
minentur cochlearia bina.

*Vel, &c. Aq. flor. thilie.*

*ceras. nigr.*

*Anhaltin. Cephal. ana. 3. ij.*

*Tinct. succini.*

*fl. hyperici ana. 3. iij.*

*spir. salis armon. 3. j.*

*vol. sang. human. 3. j. 6.*

*confect. alkerm. 3. j.*

*land. opiat. gr. vij.*

*syr. fl. paon. 3. j.*

ms. fiat mixtura singulis dimidiis horis cochl.  
ij. vel iij.

Donec ferocia motuum convulsivorum  
fracta observetur.

In Paroxysmo liberum concessi motum,  
observatione à Tarantulis desumpta, quorum  
venenum saltu vel motu curatur, ita & hic mo-  
tus, non potest esse impedimento, in dissipan-  
do nervis inimico veneno convellente.

Externè Nucham diligentissimè inungere  
curavi hoc vel simili oleo. v. g.

*&c. Olei lumbric. terr.*

*fl. hyperici ana. 3. 6.*

*cassorei. 3. ij.*

*Olei albi.*

*succini ana. 3. iij.*

*spir. salis armon. 3. j.*

ms.

*Vel, R. Olei succini.*

*spicae.*

*castor. ana. 3. ij.*

*fl. hyper.*

*succirutha express. ana. 3. iiij. Misce.*

---

## CAPUT VIII.

*Ophthalmica offert nobiliora.*

**H**Æc verò ubi humores peccant, nunquam in usum vocanda, antequam crudiores particulæ mediantibus purgantibus legitimè imminutæ fuerint, impossibile etenim videtur, partem aliquam bene curare, nisi totum male affectum simul respiciamus: Et tum in Ophthalmiis etiam gravioribus demum repellentia locum habent.

Si hisce præmissis Universalibus, Inflammatio perstet,

Hoc saltem vile non inconveniens erit;  
v. g.

*R. Albuminis ovi num. ij.*

In hoc tere tamdiu *aluminis frustum*, donec abeat in coagulum album: cui adde  
*aqua rosar.*

*fæniculi. ana.*

*misce,*

misce, & cum petiis cannabinis per noctem  
imponet.

Vel, si hoc rem haud expedire videatur,

Rx. *Aquaflor. cyani.*

*chelidon.*

*euphras.*

*rosarum sale proprio acuat. ana*

*lb. ij*

Hasce superfunde aquas calcis vivae recenter  
e furno tractæ, postea filtratis adde

*Phlegmatis urinæ cum vitriolo albo destill.*

*lb. iiij.*

*salis armoniaci, vel salis urinæ ȝ. j. ȝ.*

misce, & stent in vase aurichalcino, in loco fri-  
gido, agitando saepius donec perfectè colo-  
rentur, tunc ultrò per aliquot menses expone  
postea filtra, & serva, oculis instillandam cum  
aliis appropriatis.

Hanc aquam omnia alia collyria excellere,  
& ad omnes oculorum affectus absque respe-  
ctu causæ à quâ oriuntur, valere, *Mons. Febure*  
refert, cum habeat virtutem refrigerantem,  
desiccantem, mundificativam, & destruat  
omne sal corrosivum & mordicantem humo-  
ris letosi, unde dolor, pruritus, inflammatio,  
& varia alia oculorum mala ortum trahant.

*Vel fiat hoc collyrium.*

Rx. *Aqua sperm. ranar. ȝ. ij.*

*phleg-*

558 *Medici praesenti seculo accomod.*

*pblegmat. vitrioli 3.j.*

*sacchari Saturni.*

*croci metall. ana. 3.j.*

Digerantur per mensem, postea filtrantur curiose, de quo tunc guttatum oculis instilletur.

*Vel. Rx. Aqua chelidon.*

*fœniculi ana. 3.j.*

*vitrioli alb. gr. vij.*

*sacchari Saturni 3.j.*

*camphor. gr. v.*

*sacchar. candi 3.j. 3.ß.*

mf. sed aquæ croco metallorum prius infusæ fuerint.

*Vel. Recipe Ovum gallin. ad mediocrem duritiem coctum, huic demptâ testâ, & vitello exempto, cavitati inde*

*sacchari Saturni gr. vij.*

*camphor. gr. iiij.*

*vitrioli alb. gr. v.*

*mellis rosar. 3.ß.*

~~fat~~ expressio fortis, liquori expresso adde

*aqua fœniculi 3.ß.*

misce & bis vel ter, de die instilletur.

*Velfiat hoc Vnguentum.*

*Rx. Butyr. rec. aq. rosar. opt. loti. 3. j.*

*tutia preparat. 3.j.*

*vitrioli albigr. xx.*

*sacchari*

sacchari Saturni gr. xv.

camphor. 3. ij.

sacchari cand. 3. j.

ms. f. unguentum.

Etsi vitriolum aliquo modo dolorem excitet, non nocebit, quia acriora oculi citra ullam noxam ferunt, dolore etiam momentaneè transiente.

Si concurrente contusione & tumore anodyna requirantur,

### Fiat hoc Cataplasma.

R. Flor.chamomill.

melilot. ana. p.j.

pomor.putrid. 3. ij.

sem.fœnugræc. 3. j.

mica panis simil. 3. ij.

vitelli ovi.nym. ij.

croci. 3. ss.

Coque cum lacte vaccino, vellum humano in cataplasmī formā. Cl. D. Ludovici maximē recommendat viperarum pinguedinem non adulteratam, moderato igne à crassamentis separatam, & de die oculis bis velter ad guttam instillatam, ac omnia alia collyria in rubidine, pustulis & profundis etiam vulne-

ribus oculorum, superare certò  
afferit,

CAPUT

## CAPUT IX.

## Oticatradit.

**D**E affectuum horum causis , sive de fluxionum exordiis vix nos hic implicamus , cum multa dentur circa catarrhos deliramenta Galenica , quæ uberioris Helmont manifestavit : Non enim dari catarrhos extravenas Cl. Ammannus defendit , ubi in sua Parænesi p. 233. hæc habet : Si aliquid de catarrhis statuendum , dicerem catarri materialm inesse in sanguine , & ejus sero , & generari in partibus quibusvis , narium , oculorum , palati , &c. citra destillationem Galenicam . Exemplò à muco narium , coryza desumpto , quæ generatur citra defluxum , quando glandulæ copiosiorem lympham , lentam fundunt , quæ deinde partibus adhæret , à calore potro insipfatur , siquidem si lympha cochleari igni admoveatur , abit in Gelatinam , quæ deinceps plebejis pituita audit , & catarrhos vulgares constituit .

Non vero dari hos catarrhos à cerebro in dictas glandulas narium , vel in fauces , pulmones &c. probat os cribriforme non perforatum,

tum, ac ita viarum aliarum, exceptis venis & arteriis, defectus. Deinde falsæ subsunt hypotheses, ac si cerebrum esset instar alembici, qui à partibus inferioribus attraheret humiditates in magna copia, quæ tum à frigiditate cerebri condensentur. Et si catarrhi à cerebro defluerent, certe non sufficeret cranii capacitas, pro quantitate muci vel aquæ, quæ interdum solum in coryza strophiolis excipitur.

Omnium igitur fluxionum veram originem immediate esse ex sanguine verum est, licet fiendi modus ambiguus maneat : cum Helmonte interim credimus, omnem inflammationem, & tumorem cum pulsu duro, dolore, & calore, à solo esse spiritu causaliter, ab infixâ verò spina occasionaliter.

Quicquid enim in sanis, inquit noster Helmont, edit actiones sanas, id ipsum in morbis edit actiones vitiatas : spiritus enim vitalis calefacit hominem naturaliter in sanitate, idem qui æstuat in febribus ; pro exemplo sit spina querna digito infixâ, actu & potentialiter frigida, mox in digito excitat calorem p. n. non quidem, quod calidi humores affluent, quasi per spinam eo convocati, exspectassent spinæ vulnus, & qui alias suis sedibus temperati rese-dissent : siquidem crux vulnus proximus, primus accurrit, aditum venienti crux præ-

N n

ripit,

ripit, & ipse per se quoque non calet, sed ex gratia spiritus vitalis.

In corpore nostro acidum venis hostile vera est spina, quod spiculis suis varias in nostro corpore excitat tragædias; hoc si Dominium acquirit, ex vario diætæ errore &c. tum bilem exagitando effervescentiam vel inflammationem infert, si verò plane eam subigit, sua punctura gangrænam infert, & si eundo tum acquirit vires, carie ossa devorat, ut tum caro, si à corrodentis acidi prædominio, albiset, ac si aqua fortis sanguinis ruborem dissipasset: si verò adusta ei copulatur bilis, pro hujus viribus vel flavescit, aut in nigredinem magis inclinat. Quando enim corrosivum fellis alcali, Sphacelatas partes mortificat, carnis poros succi nutritii vehicula, quasi cicatrisat, & reliquum venas sanguinem subeuntem ita inficit, ut hinc cor appellans febrem accendat. Atque ita videmus in dulci sanguine omnes latitare humores, quorum quilibet ab hoc secretus, propria facultate prostat, & cum acidus omnium maximè incommodus sit, veluti ubique figuris conspicuus; sed licet universaliter ita acuminatus sit, differt tamen sèpè commixti vel copia vel robore: sicuti hoc in omni ulcerum genere notamus, ubi dolor pro materia commixta variat, longè enim vche-

vehementiores introducit dolores , si bili se  
implicant acida spicula , quam si admixtae pi-  
tuitæ tenacitas , oleive circa cuspides obvo-  
lutio , acidi aciem diminuat , vel hebetet : sic-  
uti hæc acutè pertractat Cl. Wilhelm. ten Rhy-  
ne in suis meditationibus de Veteri Medi-  
cina.

Cum igitur dolorum omnium causa ab  
acido variè commixto & resoluto ortum tra-  
hat , hinc acriora auribus nunquam sunt in-  
stillanda , nec unctuosa neque viscida ; ne aci-  
do resoluto pabulum præbeatur.

Præstant verò omnia illa , quæ balsamicis fa-  
lino - sulfureis volatilioribus particulis con-  
stanr , qualis est hic

### *Spiritus Acovisticus.*

*Bz. Radic. helleb. alb.*

*cyclamin.*

*porri ana. 3. fl.*

*summit. origan.*

*majoran. ana. p. j.*

*Flor. lavendul.*

*anthos. ana. p. fl.*

*castor. el.*

*Nuc. mosch.*

*sem. cumini.*

*carvi.*

N n 2

ovo-

*ovorum formicar.*

*millepedum ana. 3. ij.*

*baccar. lauri num. vj.*

*fellis lucii piscis 3. ij.*

*Spiritus luniperi rectif. q. s. ut 4. digitos  
emineat, facta digestione filtra,*

*In dolore applicetur hic spiritus cum pane  
calido rec. è clibano extracto, cui baccar. lauri  
incoctæ sint, interjecto circulo ex panno lineo  
confecto, ne aduratur auris.*

*Vel si rem, instillato medicamento in au-  
rem, citius expediri posse sentis,*

*Rx. Cæpas num. ij. excavatis immittit*

*ol. amygd. d.*

*succi absynth.*

*lactis muliebris ana. p. eq.*

*Claude cæpas, & in clibano assentur do-  
nec nigrescant, postea contunde, & de expres-  
so succo tepidè auribus instillentur quædam  
guttulæ, ac obturetur auris bombace moscha-  
to, tum verò patiens cubet in aurem opposi-  
tam, quo profundius illabatur medicamen-  
tum.*

*Vel. Rx. Formicarum ova.*

*axung. serpent. ana. 3. B.*

*tincture fassafra sttarisat. 3. ij.*

*Digere donec omnia soluta sint, & in oleum  
subtile abierint hoc guttatum instilletur.*

*Pro singulari arcano Cl. Ludovici recommen-  
dat*

dat pinguedinem viperarum, supra ignem moderatum à crassamentis separatam, ad guttulam bis vel ter de die instillatam.

*Vel, R. Axung. hujas viperina.*

*fellis leporini.*

*olei chamomill. carul. ana. 3. j.*

*Zibethi. gr. iiij.*

misce.

*Vel, R. spir. formicar.*

*tinct. sassafras tartaris. ana. 3. 5.*

*extract. castor. 3. j.*

*olei chamomill. carul. gutt. xx.*

Misce, & applica tepidè superimposito linteamine intense calefacto, ut medicamen in actum promoteatur, hoc continua donec dolor cesseret.

Maximè alii laudant oleum amygd. amar. cum pomo colocynthidos optimè digestum, post fortissimè expressum, ac sèpius instillatum.

### Tinctura Sassafras tartarisata fit si.

*R. Ligni sassafras opt. 3. j. 5.*

*spir. tartari volatil. opt. 3. j.*

*spir. formicar. rectif. 3. iiij.*

Extrahe tincturam.

Si efficaciorem operationem velis, primò

Nn 3

per

per infundibulum, munito capite linteo calidissimo, suffitum excipe, interea vero æger masticet aliquid cinamomi, ita enim mastigando meatus auditorius magis hiat, ut eo celerius suffitus penetret ad intima: tunc finito hoc statim instilletur liquor auribus tepide ad gutt. ij. vel iiiij. & applicetur auri gossipium moschi vel ambræ odore imbutum.

Maxime item *conducit spiritus salis armaci vapor*, ex angusti colli vitro, meatus auditorio exceptus, vel sal armoniacum & sal tartari ana angusti colli vitro inclusa, & aqua quadam cephalica humectata, in instanti fundunt vaporem auti excipiendum.

### *Si Tumor simul concurrat.*

Rz. Radis. alth. 3. j.

fol. malv.

fl. anethi.

chamomill. ana. m. j.

cap. papav. num. ij.

sem. lini 3. iiij.

fœnugraci 3. β.

Coque cum lacte vaccino pro fotu, fluxione vero & tumore sedato, reliquum dissipetur medicaminibus antepositis.

Si inflammatio & calor externè autem invadant,

invadant, cum petiis Elixir Balsamicum applica, quod subito dolorem & ruborem extrahit.

---

## CAPUT X.

*Odontalgica exhibet.*

**H**ic dolor æquè ac aliarum fluxionum, sive resolutionum, ab acido est, ex ultimi alimenti dentium particulis, resoluto, nervum rodente, si internus sit, & dentem perdente, secus, quam si magis in gingivis dolor hæreat, vel glandulis salivalibus. Si dolor sit magis internus, conveniet ante omnia sequens

*Spiritus Odontalgicus.*

- ℞. *Cortic. rad. mandrag.* 3. ij.
- sem. *hyosciami.*
- papav. alb. ana.* 3. iiiij.
- flor. lavendul.*
- papav. errat. ana.* 3. ij.
- sem. *staphis agric.*
- rad. pyrethri.*
- caryophyll.*
- olibani ana.* 3. S.
- camphor.*

Na 4.

croci

*croci ana gr. xv.*

*Opii el. 3. B.*

*spir. vini rectif. 3. x.*

Infunde per tempus, postea exprime & filtra, ac de hoc spiritu contineatur cochlear in ore.

*Vel Bz. Ligni sancti.*

*sarparill.*

*santal. alb. ana. 3. iiij.*

*succini 3. B.*

Pulverisatis affunde spir. vini rectificatis, ib. j. digerantur vase clauso per octiduum, cuius sæpius cochlear teneatur in ore.

Si spiritus vini cum Zingibere infusus fuerit, ac de hoc spiritu una vel altera gutta, nari bus attrahatur, subito dolorem sistit dentium.

### *Vel fiat hæc Aqua Odontalgica.*

*Bz. Radic pyrethri 3. iiij.*

*hyosciami 3vj.*

*cortic. radic. mandrag.*

*caryophyll. ana. 3. iiij.*

*Fol. buxi.*

*salvia.*

*plantag.*

*serpilli.*

*fl. balaust.*

*roscarum ana. p. iiij.*

*Co-*

Coque ins. q. decocti hordei ad 3. viij. colatur adde

mellis rosati colati 3. ij. ℥.

camphor. gr. v.

Opii correcti. 3. j.

mf. & hac s̄epius colluatur os.

*Si dens cavus sit,*

Bz. Philon. Roman. 3. j.

Olei ligni buxi gutt. vij.

Opii correcti gr. x.

fiat massa aliquantulum duriuscula, de hac aliquid immittatur denti cavo cum bombace.

*Vel Bz. Olei campb.*

buxi.

caryophyll. ana. 3. j.

nucifera expr. q. s. pro consistentia  
adde

extract. Opii 3. ℥.

fuligin. splendent. p. s. pro tinctura nigra.

Hæc mixtura gossipio excepta, & denti ca-  
vo immissa sedat omnem dolorem ex qua-  
cunque causa.

Phædro recommendat pinguedinem ra-  
narum, à quâ in excavatum dentem immissa,  
dolorem quiescere in perpetuum aſterit.

*Vel Bz. Nutri preparat. 3. j. camphor. 3. ℥. cum  
Oleo buxi fiat liniment. quod denti do-  
lenti applicetur.*

Si dolor magis sit externus, & copiosum humorem junctum vehat, tibi hoc Paracelsi commendatum habeas. scil.

Sume persicariam fæminam piperis instar mordicantem, coque paulum in aceto, accoetam herbam denti dolenti vel maxillæ per horas aliquot impone, tunc herbam ex ore desumptam in terram defode quo putrescat, & cessabunt catarrhi.

Sic etiam Sabina in cerevisia decocta & in ore detenta liberat.

Kornthaner maximè laudat decoctum cortic. mediastin. radic. prunor. sylvestr. in cerevisia vel vino factum, & in ore detentum, quod etsi ab initio ob adstrictionem videatur augere dolorem, egregie tamen eundem mitigare asserit.

Si accedat tumor glandularum sub maxilla & tuber,

R. Olei lumbric. terr. 3. vij.  
chamomill. 3. ij.

calefactis imbuē lanam succidam & applica.

Vel quod omnem absolvit paginam, Elixir Balsamicum applica, quod subito omnem & dolorem & tumorem inflammatum tollit.

Sunt alii qui externis dolorem optimè mitigant. v. g.

- ℞. Extracti savina. ȝ. j.  
 pulv. radic. pyrethri.  
 piper. long.  
 cantharid. ȝ. j.  
 euphorb. gr. xij.  
 thereb. venet. ȝ. ij.  
 picis. naval. ȝ. i.  
 cera flav. ȝ. ij.

mf. fiat Emplastrum, quod alutæ inductum retro aures ponitur.

Vel temporibus applicatur Empl. ex gummi tacamahac, cum oleo hyosciami liquato, addito paucō camphot. opio & oleo nucistæ, & serico inducto.

Vel hoc pro expertissimo communicatum habe

- ℞. spir. sulfuris per campanam. ȝ. j.  
 antimonii crudi pulv. ȝ. ij.

Stent infusa per noctem, mane filtra, tunc si in superiori maxilla doleat dens, inunge tempora, si verò in inferiori maxilla sit dolor, inunge laterem affectum externè, sed brevi post aquâ fontanâ eluatur rursus, ne cutis aduratur, ita enim potentiori acido debilius corrigitur & superatur, ac extrahitur, non secus ac ignis, è digito adusto debilitatis ignis particulas extrahit.

Si gingivarum exulceratio & putredo succrescat, tunc acida magis convenienter adstringentibus qualibus praedita. v.g.

*R. Radic. tormentill. 3. iiij.*

*bistort. 3. j. 3.*

*fl. rosar. r.*

*balaust.*

*cupul. gland. ana. 3. j.*

Coque in aqua & cochlear. lib. iiiij. in diplomate, in cucurbita cum suo alembico munito, & recipulo apposito, tribus horis peractis exprime & calide filtra, filtrato adde

*aluminis 3. j.*

liquorem item egressum rursus adde, filtra & serva, pro collutione oris.

Vel, Recip. Aceti opt. lib. j.

*mellis rosar. 3. j.*

Coque ad consumptionem aceti, ultimo adde

*aluminis 3. j.*

& ulterius ad consistentiam mellis inspissa, & hac mixtura gingivæ probè infrientur, & paulum in ore continetur, tum vero expurgatur.

Huc spectat etiam sequens

### Tinctura Odontalgica.

*\*. Gummi lacca 3. ss.*

*mastic. el.*

*alumin. ana. 3. iiij.*

*lapid. medicam. 3. β.*

*radic. cyper. rot.*

*ireos flor.*

*tormentill. ana. 3. j.*

*aqua salvia.*

*fontan. ana. 11. β.*

Digesta per tempus parum coque, tum filtra & serva pro crebriori oris collutione.

Vel cum phlegmate spiritus salis armon. &  
Tinctura Catechu ana. ablue diligenter gingivas sanguinolentas.

Vel recipe tinctura laccæ superioris jam dœx, & tinctura Catechu. ana. & utere pro tinctura odontalgica absolutissima, quæ abstergit, mundificat, consolidat, roborat, & sanguinolentas curat gingivas.

Si pueri difficulter dentiant, fiat seq.

### Balsamus.

*3. Butyr. majal. non saltei 3. j. β.*

*pingued. gallin. 3. ij.*

*succa cancror. fluv. expressi.*

*sedim. major. ana. 3. j.*

Coque ad consumptionem humiditatis in diplomate, cui in fine adde.

*sanguinis è crista galli 3. j.*

Misce, & post unam & alteram reiteratam

*ebul-*

ebullitionem exprimantur, adde sacchati q. s.  
pro dulcedine misce, ac hoc linimento dili-  
genter dentes illinantur.

*Si dentes nigredine infecti sint.*

Bz. *Corallor. rubr. preparat. 3. i.*  
*off. sepiæ.*  
*lapid. pumic. pulv.*  
*crystallor. preparat. ana. 3. 3.*  
*ireos flor.*  
*terra catechu.*  
*sang. dracon. el. ana 3. ij.*  
*alum. usq; 3. i.*  
*caryophyl. num. x.*  
*syr. de rosis siccis. 3. iiij 3.*

fiat mixtura pro fricandis dentibus.

Vel, Recipe chartæ tenuissimæ, scissæ, &  
vitro immisæ, affunde spir. salis, & agita bacu-  
lo, donec abeat in linimentum quasi album,  
tunc adde succi citri gutt. xx. sperm. ceti gr.  
vj. salis armoniaci gr. v. misce fiat linimentum,  
hoc dentes fricentur, ita tamen, ne labia attin-  
gantur.

Vel si omnibus numeris absolutum velis  
dentifricium, fiat seq. spiritus Dentifricius D.  
Fausii, qui omnem absolvit paginam.

Bz. Ni-

g. Nuri ffs. ff.

vtricoli 3 1. ff.

satis armon. 3. j.

alum: n. 3. iiij.

arenæ lotæ, & exsiccatæ duplum, trita & mixta destillentur per gradus, liquore egressus rectificetur per M. B. & servetur.

Cum charta bibula in globulum formata, & aqua fontana prius humectata, tum hoc spiritu imbuta, fricentur dentes, qui in momento eburnei fiunt, hac tamen cautela, ne labia attingantur.

## CAPUT XI.

### *Cordialia examinat.*

**H**Æc, antequam legitimam præstent Hopem, causa morbifica prius ablata sit, alias frustra adhiberi notabis, præter expectationem. In viventium etenim corde lampas ardens, variis vel diminuitur vel exaltatur modis, pto spiritus vitalis varia dispositione, & spinarum sive spiculorum constitutione. Ingeniose admodum spirituum fabricam, aco-rundem vel impeditum vel auctum motum pertractat politus noster Cl. VVilb. ten Rhyne, Bilis inquit, universalis in sanguine motus,

five

sive circulationis author primarius, particula-  
ri etiam agitationi subjacet : Dum subacidæ  
lymphæ obvia vitalem excitat effervescenti-  
am, dum inter se particulis diversâ figura-  
tum acie instructis, dimicant, ut innatum ca-  
lidum jugiter toto in corpore foveatur.

Verum illa perturbatio medium commix-  
tionis, & dulcificationis est, quâ omnia mitia,  
quia ex motu subtilia evadunt, ut tandem in  
ipsos animales spiritus eleventur. Hæc enim  
inter hos & vitales intercedit differentia; quod  
vitales sanguini cui in temperiem cedunt, in-  
cludanrur, qui tum animales potentialiter in-  
cludunt. Cum verò hi actu à sanguine se-  
parati sunt, animalium functionum authores,  
(quatenus scil. humoribus sese immiscent, ut  
dulcificant vitales,) existunt.

Jam indicasse sufficiat, omnis generis ignes  
per modum effervescentiæ excitar; sive vitalis  
fomes nativo calido foveatur, sive humores in-  
fervorem proni confluant, sive secreti olei  
partes in se insurgant, in quibus summa activi-  
tatis sphæra est, ut totam sanguinis massam  
non modo rarefaciant, verum etiam, ni humili-  
dum radicale impediret, incendium minaren-  
tur: obstat ideoque spirituum vehiculum san-  
guinis humidum, & lymphæ vasa; quæ verò  
si crassior visciditas, ad valvulas stagnans  
im-

implicet, & tum novo lymphæ abundantioris tanquam pistilli affluxu adigatur, disrumpuntur, & ascitide, vel pectus vel abdomen offundunt.

Videmus hinc vario modo offendit spirituum & fabricam & actionem, vel enim dissipati spiritus, corrodentes relinquunt humores, vel ipsi in ferox alcalinum proclives, praecordia exastutare faciunt, & ardentes inducunt febres.

Hisce jam è fundamento haud consideratis, irritò omnia propinantur cordalia: Bina ergò fundamenta acidi & alcali in genere hic curiosè mensurentut.

Si spirituum dissipatio vel oppressio, ex crudiori acido ortum ducat, & particulæ spirituales volatiles sulfureæ dulces, eodem supprimantur, sanguinem rarefacientia sulfurea, oleosa, aromaticæ, salina, volatilia, maximè conducunt.

Spirituum verò deficientium restauratio melius fit per balsamica sulfurea; Motum verò & fluiditatem seri vigorantia, per salina, volatilia in primis.

Hisce fundamentis sequentes superstruimus medicaminum formulas, ubi, si plus spirituum defectus, quam seri fluiditas, respicien-

Oo da,

578 *Medici præf. sec & lo accommod.*

da, optimè conduceat ex balsamicis aromaticis  
facta.

*Aqua Cordialis triplex D.D.  
Fausii.*

Recipe *Typhorum C.C.* succulentorum & re-  
center minutim incisorum fl. iii.

*Rasura unguia alcis* ȝ. iiij.

*visci quercent.*

*corylini ana.* ȝ. vj.

*succicitri* fl. iiiij.

per aliquot dies digestis adde.

*Florum rosarium r.* ȝ. viij.

*bugloss.*

*borrag.*

*primul. veris.*

*silie.*

*rorismarini.*

*Fol. majoran.*

*matris ylv. ana.* ȝ. ij.

*Flor. pœon.*

*violar. cerul.*

*lilior. convall.*

*betonic.*

*lavendul.*

*lavendul.*

*tunice ana.* ȝ. j.

*Stoechad. urin. usque ana.* ȝ. ȝ.

*Radic. Doronic.*

*cortic. ceras.*

*rafur.*

rasur. sантal. cutrin.

rubri. ana. 3. j.

cassia lign. vera.

galang. minor.

radic. contrajerv.

author. ana. 3. B.

Nuc. mesch.

macis.

caryophyll.

ligni Aloes odorat. ana. 3. iiiij.

croci 3. ij. B.

camphor. 3. ij.

Vini Malvat. opt. lb. iiiij.

Aq. rosar.

acetos.

berrag.

bugloss.

fl. thiliae.

meliss.

betonic. ana. lb. j.

misce digerendo per aliquot dies, postea destilla per vitrea vasa magne probè lutata ex M.B. & excipientur primo lb. iiiij. seorsim, postea alias 4. rursus capiantur seorsim, & tandem reliquæ destillentur ad siccitatem.

De prima destillatione lb. ij. seorsim ponantur in vitro, & obturata serventur probè. S. Aqua cordialis simplex.

Alias verò libras duas primæ destillatio nis sume, & adde.

*Essentia cinamomi saccharat.* 3. vj.

*citrri.*

*caryophyll.*

*macis ana.* 3. g.

*conf. alkermes compl.* 3. j.

*salis ex cap. mort. calcinat.* & cum ultimæ destillationis liquore extracti, & ad summum purificati quantum datur

Digesta diebus 10. vel 12. filtrentur per chartam, infundibulo vitro clausam, tum servetur & signetur, aqua cordialis composita, sive tincta.

Quatuor verò libræ secundæ destillationis serventur seorsim & signetur aqua cordialis secundaria.

Usum judiciosus quilibet benè noverit, spiritibus suppeditant pabulum, particulis aromatis sulfureis volatilibus constantes in primis aqua cordialis simplex, tincta verò præterea simul seri fluiditatem, viscositatem emendando, vigorat.

Nec absimilem effectum præstat aqua cinamomi suo loco descripta;

Vel Recipe Rosar. recent. contus. lib. j.

*flor. lavendul. m. ij.*

*meliss. m. j.*

*caryophyll. num. 40.*

*CIN-*

cinamomi. 3. j.  
radic. ireos. flor. 3. ss.  
benzoi.  
storac. calam. 3. iij.  
coreic. citrinum. iij.  
arant. num. ij.

Incisa & contusa cum vino generoso de-  
stillata.

Si hæcomnia velis efficaciora reddere, quo  
simul pituitam viscidam efficacius infringant,  
& fluiditatem concilient, adde sal volatile  
sang. humani, vel C. C. aut spirit. salis armo-  
niaci, vel sal volatile oleosum & similia. v. g.

R. Aquæ cinamomi.

borragin. ana. 3. ij.  
essent. ambra 3. ss.  
salis. volat. oleos. 3. j.  
syr. cinamomi 3. ij.

misce.

Si magis volatilia odorata placeant, fiat  
seq.

*Essentia ambrae & Moschi.*

Recipe Ambra. 3. j.

moschi. 3. ss.

conf. alkerm. 3. ij.

spir. rosar. opt.

tilior. convall. ana. 3. ss.

aq. carbuncul.

Elixir. vita Matkiol. ana. 3. j.

Oo 3 mixta

mixta circulentur per 14. dies vel ultra, vase optimè clauso, post filtretur efflentia & servetur curiose; hæc maximè spiritus vitales & animales recreat.

Si simul ratione acidi volatilioris præcipititia velimus addete vel ligantia,

*R. Aqua acetos.*

*meliss.*

*borrag.*

*bugloss. ana. 3. iiiij.*

*rubi sidæi.*

*rosar. ana. 3. v.*

*cinnamom. 3. iiiij.*

*margarit. prep. or. 3. j.*

*C. C. usq; preparat. 3. ij.*

misce, & rosarum julepo edulcora. S. *Aqua Perlarum.*

### *Vel fiat talis Emulsio cordialis.*

*R. amygd. d. 3. 8.*

*aquaæ cinamomi.*

*bugloss. ana. 3. iiij.*

*Aquafl. acat.*

*ceras. nigr. ana. ij.*

Fiat Emulsio, cui adde

*julepi rosar. 3. j. 8.*

*magister. perlar. vel preparato.*

corall. preparat. ana. 3. fl.

manus Christ. perlat. 3. ij.

misce.

*Velfiat Pulvis Cordialis  
D.G.M.*

R. Eboris prep. 3. fl.

corall. r. prep. 3. j.

margarit. occid. prep. 3. fl.

ol. still. citri rec. gut. x.

misce, Dosis, quantum tribus cultelli cuspidibus sumi potest.

*Vel hic D.B.B.*

R. Margarit. or. preparat. 3. j.

C. C. usti. preparat. 3. vij.

off. de corde cervi num. xv,

santal. citrini 3. iiiij.

lapid. Smaragd. or.

Rubini.

gravator. ana. 3. j.

misce, fiat Pulvis subtilissimus Dosis est 3. j.

ad 3. j.

Dantur etiam externa quæ spiritibus reficiendis optimè succurrunt, inter quæ laudatur tale

*Epitherna cordiale.*

R. Radic. Angelic.

Doronic.

been utrinusque ana. 3. j.

*Medici præf. seculo accommod.*

*Fol. lauri.*

*citri.*

*melissa citrat. ana. p. ij.*

*Flor. rosar.*

*caryophyll.*

*citri.*

*anthos.*

*spice ana. p. ij.*

*nymph. p. j. R.*

*cortic. citri rec. ext.*

*arant. rec. ext.*

*caryophyll. arom.*

*santalor. omn.*

*ligni aloes ana. Ð. ij.*

*Incis & conqualstatis adde*

*croci integri incis. Ð. j. B.*

mista, aquâ cinamomi humectata tepidè car-  
pis manuum, & cordis regioni applica.

Vel naribus attrahatur & odore recipiatur  
seq.

### *Aqua Angelica Odorata.*

*R. Aq. rosar. opt. tib. iiiij.*

*napha. tib. ij.*

*Vini Rhenani tib. B.*

*Benzoi. Z. iiij.*

*storac. calam. Z. ij.*

*labdani de barb. Z. ij.*

*ligni rhod. Z. B.*

*santal scirin. Z. ij.*

*eyperi*

*cyperi long.* 3. ss.

*caryophyll.* 3. j.

*cinamomi.* 3. j. ss.

*ireos flor.* 3. iii.

*cortic. citri ext.*

*arant. ana. num. j.*

Grosse incisa & contusa per quatriduum infunde, singulis diebus movendo, post macerationem destilla ex M. B. egressum liquorem reaffunde & destilla.

De hac aqua primo egredientem nobiliorrem seorsim excipe, ac ei infunde ambræ, moschi, zibeti cum paucō sacchari trita & nodulo inclusa, & in vitro probè clausa servetur.

### *Vel Fiat hæc Aqua de Cypro.*

*Rx. Benzoi.* 3. j. ss.

*storac. calam.* 3. j.

*ligni aloes* 3. ss.

*cinamomi el.* 3. vj.

*caryophyll. num. ij.*

Omnibus subtilissimè contusis superfunde aquæ rosar. opt. pintas ij. & simul bulliant len-to igne, & vase clauso, donec pinta una semis restet. Colaturæ infunde

*moschi opt. gr. xij.*

*ambra & gris. gr. viii.*

*zibeth gr. iiij.*

*benzoi q. pl.*

*sacchari candi parum.*

Mista in Phiola optimè clausa insolentur.

Ex hisce aquis fit suffitus Regius & nobilis, si in vase ad hoc opus parato argenteo, vel viretro, cineribus calidis imposito, vapor exhalans excipiatur, vel eo cameræ perfumentur.

Ex remanentia Aquæ Angelicæ pulverisata, cum tragacantho & carbonibus thiliæ, cum aquâ Angelica humectatis fiunt candelæ fumales optimi usus.

Vel additis ambra, moscho, zibetho, cum grumis panis calentis recenter ex furno extracti, & cum tragacantho mixtis fiunt armillæ & corallia odorata optima.

Quemadmodum verò hæc jam dicta cordalia, balsamicis suis sulfureis volatilibus particulis spiritus exaltant, & seri tenacitatem attenuant & liquefaciunt: Ita jam dicenda spirituum exorbitantem motum restringendum respiciunt.

Inter hæc Acida in primis legitime parata volatilia excellunt, aqueis & serum restaurantibus diluta; hinc in febribus ardentibus Jula-pia acidulata optimè conceduntur, largius pota.

Si hisce magis Cordalia immiscere velimus, sequentia conducunt, ubi magis excellit

*Spiri-*

*Spiritus Regius F. Hoffmanni.*

*R. Spiritus rosar. rectificatiss. 3. usq. fl.  
salis volatilis. 3. j. fl.*

Infunde in retortam vitream, & collo re-  
tortæ immitte ambræ grif. 3. fl. moschi. 3. j. mi-  
sta & linteolo mundo involuta; tum destilla  
igne leni per arenam, ac resolvetur moschus  
& ambra in liquorem, & evehetur instar ge-  
latinæ; spiritui destillato adde confect. Alkerm.  
q. s. cum linteolo in quo ambra & moschus  
fuerunt, & serva curiose.

Dosis est à gutt. xx. ad xxxx. cum syr. rubi  
idæi vel alio liquore convenienti.

*Vet fiat hæc aqua cordialis frigida.*

*R. Flor. nymphæ alb. rec.*

*borrag. rec.*

*bugloss. rec. ana. 3. j.*

*Fol. meliss. citrat. m. vj.*

*cortic. citri rec. ext. num. vj.*

*santali citrin.*

*flor. rosar. r. muria condit. m. vj.*

Incisa & contusa infunde in

*Aqua acetosæ rec. distill.*

*flor. borrag. per vitrum dist.*

*meliss. citrat.*

*pomor. redolens.*

*cerasor. nigr.*

*rubi idæi ana. 1b. j.*

mista per alembicum vitreum destilla, destillato adde succi citri rec. opt. depurat. q. s. pro acore v. g. ad lib. 3. aquæ, succi 3. fl.

Hæc aqua est insignis usus in febribus ardentibus, quia optimè cum tinctura Bezoardica & similibus, ubi adest malignitas, miscetur.

*Vel fiat talis Aqua cordialis temperata.*

fl. Susci borragin.

bugloss.

acetosæ.

rosar. ana. lib. j.

Flor. acac. m. iij.

pomor. citri. num. iiiij.

cinamom. 3. vij.

santal. cestrin.

ligni aloes ana. 3. j. 3.

flor. caryophyll. m. ii.

meliss. cestrata. m. j.

Destilla s. a.

Si expectatur

*Electuarium Cordiale,*

fl. Conserv. rosar. 3. viii.

pulpa ceteri lib. j.

censet. alkarm. 3. iii.

flor. citri condit. 3. ij.  
 cortic. citri condit. 3. j. β.  
 margarit. or. prep. 3. vj.  
 olei cinamomi.  
 citri. ana. gutt. iiij.  
 syr. rubi idai. q. s.

### Fiat Electuarium.

Vel &c. Conserv. pulp. citri 3. iiij.  
 rosar. rubr. 3. ij.  
 cortic. citri condit. 3. β.  
 confect. alkerm. 3. iiij.  
 spir. salis volat. dulcis gutt. xxx.  
 syr. acetos. cirri q. s.  
 misce, fiat. Elect.

Si externa etiam hic desiderentur, fiat hoc

### Epithema frigidum.

&c. Aqua cord. frig. 3. iiij.  
 meliss.  
 rosar. ana. 3. j.  
 aceti rubi idai 3. i. β.  
 pulpa cortic. citri. rec. ext. 3. v.  
 confect. alkerm. 3. j.  
 misce & trepide applica.

Hæc & similia in febribus ardentibus optimè conducunt acidis fortificata cordialia, quia spiritus, medicaminibus volatilibus ex-hau-

haustos, & admodum sudoriferis dissipatos re-  
staurant, & concentrant.

## CAPUT. XII.

*Pectoralia exhibit.*

**H**Æc in genere pulmones respiciunt, in suo usu frustratos, qui tamen intricatus admodum est & controversus: hinc tantam respirationis ignorantiam *Cl. Ammannus* exclamat: atque in Medicina inquit idem contingere quod in Astronomia. Nam ante Copernicum terra credebatur immobilis, jam verò mobilis. Sic Helmont negat moveri pulmones, sed esse solum in star cribri per quod aer in thoracem subeat; quod tamen falsum esse, ipsam autopsiam demonstrare, quippe ea competitum habeamus moveri Pulmones thoracis motu ut respiremus; quam verò respirationem ipsam, nobis usitatam magis, quam notam esse dictus *Cl. Ammannus* luget: atque hanc suam thesin probat physiologorum lite de usu pulmonum & respirationis modo.

Interim tamen donec veriora demonstrentur, credendum, respiratione sanguinem perfici, circulantem, dum aer in spiratione attractus,

tractus, volatili suo spiritu açido dulci sanguinem imbuit & imprægnat , fixiores verò & crudiores contentas partes præcipitat , & per pulmonum innatam vim ejicit, atque ita spiritus tenaci humorum torpore detentos liberat & extollit: Prout jam particulæ salinæ sive acti-  
væ aërem varie ingrediuntur , ita variant vel  
acidas vel alcalinas massæ sanguineæ particu-  
las. Sic in zephyro latitans alcalina sulfuris por-  
tio, vegetiorem reddit hominem. Siverò aci-  
dum simul volatile per Zephyrum vehatur se-  
paratum , hec tis spirituum dissipazione ex-  
haustis succurrunt , spiritibus enim suppeditat  
pabulum ; & si alcalinæ suæ parti combinatum  
sit acidum hoc volatile, pulmonum exulcerati-  
onи conferrent, acidum etenim hoc volatile  
parat viam, & pars alcalina acidum putrefacti-  
vum absorbet. Secus quam Boreas, qui tristi-  
sale sive crudiori açido tintus , & arboribus &  
pecori sinister existit; in melancholiā pronis  
tristitiam protractiorem accersit.

Et si superficiariè corpus tangit , illud strin-  
git, faciem excoriat, labiaque findit: Si verò  
distorquentes animum curæ, vel terror , aut  
vigiliæ immoderatae , &c. idem hoc crudum  
acidum ad interiora compellant , floridum  
obtundit sanguinem, languidioremque reddit  
pulsum; acerbosque halitus versus cerebrum  
dimic-

dimittens, sanguineæve massæ se intimè misceens, spirituumque animalium tunc partem quandam constituens, turbat mentem, nervos vellicat, convulsiones excitat, corrodit, & si insurgit altius, spiritus in totum dissipat, ac mortem accelerat: Alias in fauces irruens eas exasperat, strangulationemve iis minatur; Alias in intestina sæviens eadem compungit, immanes dolores colicos excitat, & alvum adstringit; Alias ad urinarias vias migrans, lotium supprimit. Verum mitius existens idem sal, sanos alactiores avidioresque efficit, quandoque rheumate infestat; profundius verò penetrans, corporis obstipat poros; humores acidiores, tussiculosis ac arthriticis noxios, producit: Pleuritidi, si australis Mercurius viam ipsi comparaverit ansam dat. Hæc Cl. *VVilhelmus ten Rhyne.*

Cum igitur ab extra & ab aëre tanta advehantur mala, quid non in ipso corpore generabitur mali; ex variis diætæ erroribus.

Atque ita diversimodè Pulmonum frustratur usus, semper tamen prægressa spina Helmontiana, ex humorum secretione orta, unde spirituum exilium, & post hoc, humorum lucta, concretio denique exsurgit. Sicuti sæpiissimè accidit ubi immoderata celeriorque infrigida ingluvies æstuante corpore, san-

gui-

guinem coagulat, ubi tum dicta humorum se-  
cretio præsto est, pulmonibus tum, secretis  
suis aculeis sensim corrosionem inducens, &  
putredinem accellerans. Prout jam crudiores  
hæ acidæ particulæ, variis pituitæ particulis  
obvolvuntur, vel biliosis vel alcalinis impli-  
cantur, ita variant in pulmonibus inducti ef-  
fectus, vel lenti, vel celeres.

Omnia igitur Pectoralia respiciunt coa-  
gulantes particulas acidas, vario modo indu-  
ctas, & differentes, ac vel asthma, vel anhela-  
tionem, aut suffocationem, vel ipsam denique  
phthisin inducentes, & cum secreta parte al-  
calina dimicantes.

Talia sunt in genere balsamica sulfureis sa-  
linis volatilioribus particulis prædita medica-  
mina; vel acida volatilia, quæ crudius acidum  
rectificant, spiritibus succurrunt, & crassorum  
cruditatum secretionem adjuvant, putredi-  
nique resistunt, & separatarum contrarian-  
tium particularum combinationem inten-  
dunt.

Optimè verò hæc acida sint volatilisata &  
exaltata ac dulcificata. aliàs plus mali, quam  
commodi afferrent.

Constat ex his quam inconsideratè nostri  
Galenici sèpius saccharatis insistant, cum no-  
tum sit ex resolutione sacchari, quale acidum

P p

hæc

hæc contineant, quod secretum, in corpore pugnam excitat, & pulmones magis exasperat exeditque.

Nec concipere possum vias, per quas hæc dulcia pulmones intrant integra nec resoluta; per asperam arteriam in illos illabi haud possunt, cum nec subtilissimi liquoris guttula absque dolore & suffocatione transmitti possit, ac propterea valvula obsteret: Per ventriculum & longiorem viam absque resolutione haud migrant, & tunc si resoluta illuc perveniunt, quid aliud quam malum augendo agunt resolutionē particulæ acidæ.

Est quidem & saccharatis suus usus, at nullum unquam vidi phthisicum eis restitutum. Dulcia ergo vera querenda, quæ non mutant suam essentiam, sed integris viribus ad hostem vehuntur, talia sunt sulfurea, exaltata & volatilisata salina, qualia in triplici dantur Regno, in mineralium tamen sulfuribus potentius quam in vegetabilium. Ubivero morbus in sua adhuc dum infantia constitutus existit, leviora saepius conducunt, si ritè adhibentur: dantur enim in vegetabilibus dulcibus particulis prædicta, & alcalinis volatilioribus imbuta, quæ ritè parata, & applicata, suam exerunt vim, etsi debilius quam quæ ex minerali desumuntur Regno.

Si ul-

Si ulcere industo acidæ subiguntur parti-  
culæ, ut in biliosis sæpius evenit, tunc putredo  
velocius repens, optimè acidis volatilioribus  
inhibetur & corrigitur.

Jam ipsa iustrabimus medicamina genero-  
siora, tam debiliâ quam fortiora, in pectoris va-  
riis affectionibus usitata.

Si tussis desperata & hæmoptosis, concur-  
rente simul effervescente sanguinis motu, ut  
semper ferè in Phthiseos initio fieri solet, ad-  
sint D.D. Faushoc propinavit.

### Decoctum Pectorale.

℞. Radic. liquirit. 3. vj.

tussilag.

cichor.

polypod. ana. 3. 5.

ireos flor. 3. ij.

china opt.

Herb. scabios.

capill. vener.

tussilag.

veronic.

fl. rosar. r. ana. m. 5.

sem. 4. frig. major. ana. 3. 5.

anisi. 3. ij.

jujubar.

sebæsten ana, num. v.

caricar. num. viij.

cibebar. 3. j.

caulicum papav. num. ij.

hordei mund. m. j.

Infunde horis vj. vel ulterius cum. s. q. aq.  
font. in loco calido, postea coque in diploma-  
te ad medietatem, & tum colentur fortiter.

Colatura recipe 3. vitii. adde

syr. de liquirit. 3. x.

loch. sans & experti. 3. j.

mellis rosati colati 3. B.

misce & de hoc Decocto sume tempore ma-  
tutino & pomeridiano per se 3. iiij. vesperi ve-  
rò uni dosi adde

Essent. fl. papap. errat. gr. v.

laudani Opiati gr. j.

Olei deft. anisi gutt. j.

Ms.

Vel Recipe Radic. plantag.

endiv. ana. 3. ij.

herb. portulac.

violar. ana. m. iiij.

sem. cydon.

psyllii ana. 3. iiij.

passul. min. 3. j.

jujabar. num. xx.

flor. papav. err.

violar. ana. p. ij.

Coque in s. q. aquæ font. Colatura sume  
3. viij. adde

succi portulac.

syr. diacodii ana. 3. j.

ms.

ms. fiat potio pro quatuor dosibus.

Si sanguinis sputum perstet,

R. Musci cran. human. violenter extinti 3. ss.

croci Martis legitimè parat. gr. vij.

conserv. rosar. 3. j.

laud. opeat. gr. iiiij.

cum syr. de rosis siccis q.s.

Fiat elect. pro 2. dosibus.

Si pulmones ultrò infestentur, neque prægressa medicamina malum abstulerint, sequens exhibe

### Claretum Pectorale.

R. Radic. chinæ opt. 3. j.

acetos. 3. ss.

lignij antal. citrin. 3. ij.

aqua pluv. destillat. lib. vj.

Infusa coque ad tertias circiter.

Colatura lib. iij. adde

conserv. rosar. damascen.

violar. ana. 3. ss.

Fol. sen. el. 3. j.

agar. trochise. 3. ij.

rhabarb. elect. 3. j. ss.

seno. cartham. conquaſſ. 3. ij. ss.

anisi.

fœnic. ana. 3. j. ss.

Stent infusa per noctem, mane sic frigida colenter si consultum videbitur, addere progra-

§98

Medici præf. seculo accommod.

tia paulum sacchari. Dosis mane  $\frac{3}{4}$ . iij. ad. v,  
si non operetur efficaciter, reiteretur ve-  
speri.

*Vel fiat hæc Aqua Antiphthisica  
D.B.*

*R. Succi veronic.*

plantag.

beder. terrestr.

agrimon.

scabios.

pulmon. maculat. ana.  $\frac{3}{4}$ . viiij.

Radic. consolid. concis. & conus.  $\frac{3}{4}$ . iiiij.

Limacum è suis conchis extract. contus.

hepat. vitulin. in frust. minutim incis. ana. m. ij.

lactis caprilli mens. iiiij.

Digerantur per triduum in M. B. de hac  
aqua exhibe 3. vel 4. haustus tabido, singuli  
haustus gratè edulcorentur saccharo ro-  
fato.

Aut sequens in usum veniat aqua pecto-  
talis.

*R. Aquæ flor. acæ.*

scabios.

furfar.

veronic. effentif. ana. lib. 8.

asthmatic.

loch sani ana.  $\frac{3}{4}$ . iiiij.

cinnamomi  $\frac{3}{4}$ . j.

§94

*syr. papav. errat.*

*violar. ana. q. s. ad gratum dulcorem.*

*Vel sequentia exhibeantur.*

*Rx. Amygd. d. excort.*

*pinear. rec. ana. ʒ. ij.*

*spec. diafrag. frig. ʒ. Ⅲ.*

*diaireos. s.*

*diambra ana. ʒ. j.*

*sem. melon.*

*cucurbit. ana. ʒ. j.*

*lact. sulf. ʒ. ij.*

*fl. benzoi ʒ. j. Ⅲ.*

*magist. perlar. ʒ. j.*

*sacchar. aq. asthmatis. solut. ʒ. viij.*

*f. f. a. Morselli.*

*Vel Rx. spec. diaireos.*

*diafrag. frig. ana. ʒ. ij.*

*flor. sulf. alcalisat. ʒ. ij.*

*flor. benzoi ʒ. j.*

*extract. enula ʒ. j.*

*croci opt. ʒ. ij.*

*sacchar. alb. ʒ. iiij.*

*fiant f. a. Rotulæ.*

*Vel Rx. succi glycyrrhic. inspiss. ʒ. Ⅲ.*

*spec. diaireos ʒ. iiiij.*

*fl. sulfuris alcalisat.*

*macis. ana. ʒ. j.*

*sacchar. penid. ʒ. j. Ⅲ.*

*olei anisi gntt. viij.*

Cum aqua tuffilag. soluto tragacantho fiant rotulæ.

*Vel R. Succi liquir. inspiss.*

*sacchar. cand. ana. 3. R.*

*penid. 3. j.*

*spec. diair. 3. i. R.*

*olei nucif. 3. iiiij.*

cum mucilag. tragac. in aq. appropriata soluto f. s. a. rotulæ.

Omnibus hisce irritis, & quidem si brevi effectum haud optatum præstent, suadeo ut missa facias, & generosiora in usum trahas, quæ sulfureis suis volatilioribus particulis ulcus inhibit, & pravum in pulmonibus jam fermentum putrefactivum corrigunt, & spiritibus inquinatis succurrunt quo se extricent & malum subigant.

Talia sunt generosiora è sulfure parata medicamina, qualia de sulfure tradimus, quibus tamen mineralium sulfura potentiorem opem præstant.

Si extra Phthiseos metum Tussis, Asthma, infestent, pulmonibus pituita crudiori minus acri tamen infarctis sequentia conducunt, v.g.

*R. Loch. de pulmone vulpis*

*sani & experti ana. 3. j.*

*Aq. asthmatic.*

*loch. sani ana. 3. vi.*

*fl. sut-*

fl. sulfur. acido fortif. 3. j.  
extr. enula gr. viij.

ms. cochleatim sumendum.

Vel Rx. Loch. de farfar.

sani & expert. ana. 3. B.

syr. de jujubis 3. B. 3. j.

conf. alkerm. 3. B.

spir. sulfuris gutt. x.

ms. fiat linctus.

Vel Rx. Radic. helen. 3. j.

liquir.

angelic.

fol. hyssop. ana. 3. B.

sacchari. 3. ij.

misce f. pulv. de quo sumatur mane & vespericu  
l telli cuspis.

Vel Rx. Sperm. ceti 3. B.

succini preparat. 3. j.

laud. opiat. gr. iiij.

misce pro 2. dosibus vesperi ante coenam &  
sub introitum lecti. Temperat optimè lym-  
pham vitiosam, & tollit tussim periodicam  
noctu excruciantem, maximè enim lenit  
sperma Ceti acrimoniam muci expectorandi,  
resolvit visciditatem ejus, & mobiliorem eum  
pertinacius agglutinatum reddit, præprimis si  
in pertinaciore malo bis vel ter in septimana  
eius usus sub introitum lecti repetatur.

Vel Rx. Sperm. ceti 3. ij.

flor. benzoi 3. j.

cinnab. nativ.

myrrha ana. 3. 8.

salis succini vol. gr. xv.

l. op. gr. iiij.

misce, fiat pulv. pro 3. vel 4. dosibus vespertinis.

Vel ipsum *spermaceti* exhibetur optimè cum *cerevisia calida*, in qua butyri instar solvitur. Dosis est à gr. v. ad 3. j. imò 3. j. in asthmate & catarrho suffocativo non facile fallibile, si modo non est rancidum.

Sic infantibus asthmaticis optime conduit hoc

Rz. *Sperm. ceti* non rancidi 3. j.

conserv. violar. purp. 3. vij.

olei amygd. d. rec. 3. j.

agaric. troch. 3. j.

mf.

Vel recip. rotula diatrag. frig. 3. 8.

*sperm. ceti*. 3. 8.

misce, fiat pulvis subtiliss. de quo sæpius cultellus exibeatur.

Si raucedo infester

Rz. *syr. de erysimo*.

jujubis.

violar.

d' alth. fernel. ana. 3. 8.

sacchar. penid. q.s.

fiat Elegma.

Vel

Vel recipe cœpar. allii num. ij. vel iiij.

*axungia fusile* tantum:

subigantur & contundantur ac misceantur in mortario calido ut fiat linimentum, cum hoc noctu cubitum iturus inunge quamoptimè plantas pedum, propè ignem probè infriando, actum linteis calidis pedes involve, ac ita lectum pete, mane cessabit raucedo.

Vel cœpas allii cum cerevisia coque, & de hoc mane & vesperi detur haustus.

Vel fiat hic

### Syrupus Violarum compositus.

By. *Aqua Pectoral. asthmatic.*

*tussilag.*

*veronic. ana. 3. viij.*

*papav. alb. 3. iiiij.*

Hisce calidis immerge

*Flor. violar. martial. rec. à petiolis virid. excerpt. lib. i.* Factâ maceratione per noctem in vase stanco cooperto ne quid expiret, fiat expressio.

Colatæ infusioni denuò immerge Flores violar. rec. 3. vij. & factâ maceratione aliquot horarum spatio ut prius exprime, tandem adde

*sacchari albi canar. pulv. lib. iiij.*

Ac

Ac sola dissolutione sacchari in stannea patina, supra aquam ferventem fiat syrups, qui coletur per linteum & servetur pro usu.

*Fam. R. syr. violar. comp. 3. ij.*

*papav. err.*

*phlegma vitrioli cum radic. ireos infus.*

*ana. 3. 3.*

*effent. anisi. 3. iiiij.*

misce fiat linctus.

Sic etiam Externa sæpius opem præstant,  
inter quæ hoc conducit

### *Unguentum Pectorale.*

*R. Cæpar. sub cineribus assat. num. xij.*

*butyr. caprini rec. 3. iiij.*

*axung. anserin.*

*olei litor. alb. ana 3. ij.*

*croci 3. 3.*

*sapon. 3. ij.*

ms. fiat unguentum.

Optimè hoc refertur Pleuriticus laterum dolor, cuius causæ æquè ac pulmonum affectionum dubiat admodum hic investigari debent, antequam medicamina præscribamus.

Verior & principalissima causa acidum est resolutum pleuram inflammans, ob inductam effervescentiam, ex sanguinis & spirituum divisione, ortam.

Sunt

Sunt verò varia, quæ hanc divisionem intendunt, & vel interna vel externa.

Interna eadem sunt, quas supra de Pulmonum affectuum causis adduximus. Externæ verò causæ eadem possunt esse, nisi ratione loci differentes; Sic nudi pectoris frigido aeri expositio, hunc inducere poterit affectum, si concurrat dispositio; frigidior enim aura acidos suos aculeos per corporis poros mittit, qui tunc sanguini se adsociando eundem coagulant. Post ingressum enim illi poros obstruunt, liberum sanguinis motum impediunt, angustiora vasa magis angunt, & tum volatiles spiritus secedunt, quæ verò tum in sanguine sunt adversæ indolis, inter se pugnant, concrescunt & in pus mutantur muriaticum. Sic ut hæc ulterius ingeniosè admodum explicat Cl. meus politus *Wilhelmus ten Rhyne*, ubi eos impugnat, qui ex pituita Pleuritidis causam primariam derivant, cum hæc potius inter partes sanguinis litigium impedit sua tenacitate & lubricitate viscida. Potius verò oleosatum particularum acidum, quam pituitam in causa esse statuit, ac febrem simul ardenter ex inordinato in corpore motu trahere ortum. Quod verò ardor continuus infestet, cum tamen acidi comes frigidus sit, oleosæ partis vitio adscribendum dicit, in quo san-

sanguinis oleum non planè in sua secedat prima quoad sensum; & si secesserit, inquit, tanto ferocius in alcalinas, oleosasque partes insurget, ut incendio conflagrent viscera.

Et licet pus cum acido simul non suppeditet oleum, utrumque tamen ex affecta parte emergit; quod enim spirituum secessu mordicat, per sanguinis appulsum defricatur, ac totam sanguinis massam inquinat, quæ tunc, cum ad cor continuò regurgitet, incensivam illam foveat effervescentiam.

At propterea facilius ex acido ardoris, quam horroris sensum inferri posse sentit. Adsit enim acre, instat, acidum, aderit & bilis oleum & alcali, quæ licet per se non peccent, ac tanto magis inculpata sint, attamen ad fervorem nata, eundem excitent; Et si bilis renuat, tamen profundos ei infiget acidum aculeos, ut sponte etiam ad pugnam incitetur.

Ubi è contra contrarium ex concreta elucessit pituita, quæ intermittentium febrium initio, pro eo, quem bilis cum adversario suo dimicans minatur fervore, membra horrore concutit.

Atque ita pleuritidem, acido coagulante ortam, & à sanguinis impedito motu inductam,

ductam, solvi per ejusdem motus reconcilia-  
tionem duplēcēm, nimirū vel totius massæ  
sanguineæ, vel minimarum in eadē conten-  
tarum, particularum; Illum solvi phleboto-  
mia; hunc vero & illum, conglomeratarum si-  
ve ab acido coagulatarum particularum defri-  
catione; dum volatiles spiritus sulfurei dia-  
phoretici, non modo sanguinem resolvant,  
porosque aperiendo sudorem promoteant,  
sed & acidum peccans emendent & expellant,  
cum exagitent, & tamen cum eo haud con-  
densentur, quia diversæ in volatilitate & fixi-  
tate naturæ sint; remanentia acria attenuan-  
do dulcificant, bili pristinum vigorem resti-  
tuant, ferociamque tollant; adeò ut spiritus  
animales, sanguinem temperando, viscera ro-  
borent, humorum præternaturali impetu re-  
sistendo, eosdemque ablegando, expellendo-  
ve aptiores reddant.

Huc itaque spectant acidum coagulans de-  
struentia diaphoretica & alexipharmacæ su-  
pra exposita, volatilia, balsamica, ut sunt Tinet.  
bezoardica spir. tartari, C. C. salia volatilia;  
vel fixa, ut antimon. diaphoret. oculi cancri,  
dentes apri, salia card. benedicti, tarta-  
ri & similia alcalina. Quæ tamen exul-  
tante nimium sauginis motu, magis quam  
vola-

volatilia conducunt, etiam, si humidi sive lymphæ concurrat copia, opiatis & acidis volatilioribus restinguendo, remixta.

Si acidum coagulans admodum peccare, ex scorbutica dispositione, compertum habeas, & serum deficiat,

*R. Aquæ card. bened.*

papav. errat. ana 3. ij.

tinch. bezoard. 3. j.

salis vol. C.C. gr. vij.

laud. op. gr. j.

syr. papav. errat. 3. ij.

ml. fiat mixtura, singulis 6. horis repetenda, in primis si concurrat malignitas.

*Vel R. Rasur. dentis apri.*

antimon. diaphor. ana 3. j.

zinnabar. natr. gr. viiiij.

laud. opiat. gr. j.

ml. fiat Pulvis aliquoties exhibendus, ubi seri sufficiens adest copia, alias cum sequenti exhibendus emulsione, v.g.

*R. sem. card. bened.*

maria ana. 3ij. b.

sem. papav. alb.

melon. excort. ana. 3. j. b.

*aq. card. maria.*

papav. errat. ana. iiiij.

fiat s.a. Emulſio, pro lubitu paucō sacchari dulcoranda.

Sic

Sic etiam ab alcali quod continet, à multis, ac ab ipso Helmonte recommandatur stercore equini manipulus, cum haustu vini expressus, paucō sacchari edulcoratus, & propinatus, expectato sudore in lecto.

Nec inconveniens huc erit secretum quod Dygb̄i habet, qui sumit panem recenter ex clybano extractum, dividit per medium, & bona theriaca illitum, calidè applicat, unam partem pectori dolenti, alteram à tergo, ac ita relinquit per aliquot dies, donec Apostema suppuratum ejiciatur.

Vel sumunt alii cæpas num. xx, & coquunt cum lacte ad pulvis consistentiam, & cataplasmatis instar lateri applicant.

Si biliosum corpus hoc infestetur morbo, veluti magis aptum, & effervescenti motui accommodatum, tum primò ad ejiciendam superabundantem bilem, consultò statim propinatur vomitorium antimoniatum legitimè paratum, postea subitò ad specifica in hoc affectu itur, v.g.

Rasur. dentis apri.

ocul. cancri. ana. Ð. ß.

flor. sulfur. cum vitriolo sublimat. gr. viij.

animon. diaphoret.

radic. bardane pulv. ana. gr. xv.

misce, fiat pulvis cum aquâ bardanæ vel card. matiae sumendus, hic fermentationem bilio-

sam inhibendo & acidum infringendo, lateris dolores non sine stupore curare dicitur Pro singulari arcano commendat Cl. Knœffelius radicem bardanæ sive lappæ majoris, crescente Luna collectam vere, autumno verò decrescente, eamque in umbra exsiccatam ad 3. ij. cum vino vel propriæ plantæ aqua exhibere jubet.

Sic item novi curiosum Helvetum Fryburgensem Nobilem, tunc temporis Consulem nomine Gottrau, qui hoc suo simplici, milites innumeros brevi tempore curasse mihi jurabat, absque habito caufæ respectu, v.g.

*Recip. Aquæ card. bened.*

*maria ana. 3. iiiij.  
olei. olivar. cochl. j.  
nucleor. mephilor. pulv. num. viiiij.*

ms. & propinetur, & continuetur, ac excitetur sudor per aliquot horas.

*Si sanguis nimium effervescat & sitis excruciet,*

*Be. Ag. acetos.*

*papav. errat. ana. 3. iiiij.  
fontan. fl. j. fl.  
syr. violar.*

*papav. errat. ana. 3. j. 6.  
misce pro Julepo.*

*Vel*

Vel bibatur ad aestum in Pectore contemperandum per dies aliquot hæc emulsio,

*Rx. Amygd. d.*

*sem. 4. frig. maj. ana. 3. ℥.*

*aqua cubor.*

*borrag.*

*papav. errat. ana. q.s. vel ℥. j. fiat emul-*  
*sio, cui pro grato dulcore addes *syr. de althea Fernet.*  
*q.s.**

Vel si adsit biliosarum particularum vel alcalinarum coagulatarum copia, crassa tenaci pituita implicata, incidatur & solvatur per id, per quod coagulatum fuit, scil. per acidi volatileioris spicula; quorum loco hactenus Galenici & alii crudius acidum in oxymelle propinarunt, nec contemnendum effectum sèpè consequuti fuere, etsi ignoratè effectus causâ essentiali, v.g.

*Rx. Aq. scabios.*

*card. bened.*

*veronic.*

*tussilag. ana. 3. iiiij.*

*syr. de liquir.*

*hyssop. ana. 3. j.*

*oxymell. simplici. 3. j. ℥.*

ms. propinarunt vel sequens hydromel exhibuerunt, v.g.

*Qq 2*

*Rx. Mel*

R. Mellis virgin. 3. ij.  
sacchar. alb. 3. j. ss.  
acet. vini opt. 3. iiij.  
aqua font. puriss. lib. vij.

Coque, & despumatum & colatum loco  
potus ordinarii adhibendum serva.

Huc etiam pertinet illud à D. Cardilucio  
laudatum antipleuriticum, ubi vel magis vel  
minus robustjs exhibet succum nasturtii  
aquatici recenter expressum, & cum tertia,  
quarta vel quinta parte acetis squillitici, vel vi-  
ni addita portiuncula salis communis, & si lu-  
bet olei olivarum, mixtum; de quâ mixtura  
omni semihora circiter unum vel alterum  
cochlear exhibitere jubet. Atque hoc aposte-  
ma rumpi, febremque restingu certò, asserit,  
cuilibet temperamento applicabili.

### CAPUT XIII.

#### *Stomachica Considerat.*

**H**Æc potissimum respiciunt ventriculi ro-  
bur, & quidem fermenti vel legitimè vel  
depravatè constituti ratione, ab hoc enim de-  
pendet totius Oeconomia, vel sana vel ægra.  
Inibi prima valetudinis semina ac radices con-  
feruntur, propagantur, inolescant tandemque  
ma-

maturantur, fermenti benè constituti ope,  
quod duplex est, vel amarum specificum al-  
calinum vesicula fellea inclusum, vel acidum  
peculiare à splenis promo condo, pancreate  
suppeditatum.

Hæc sunt actionum variarum, & transmu-  
tationum instrumenta, quæ quo magis incul-  
pata existunt, eo nobilioris viscera massaque  
sanguinea corporis Oeconomiæ munus susce-  
ptum persolvunt.

Hæc ambo juncta salsum constituunt ven-  
triculi fermentum, & digestionis instrumen-  
tum, quod exinde putredini adversatur, visco-  
los lertosque succos emendat, resolvit, se-  
cumque sine noxa abducit pro salute homi-  
nis; hinc salis cibarii usus ventriculo gratus.  
Hujus fermenti salini altera impurior portio  
sequestrata per ordinaria excernitur emun-  
ctoria: altera subtiliorum partium magis ma-  
gisque clarificatur & in nobiliores usus desti-  
natur, nimirum pro spirituum fabrica, & sin-  
gularium partium nutritione materiam mi-  
nistrat. Hinc quicquid medicamentosi cum  
salibus volatilibus, affinitatem, consonantiam,  
proportionemque gerit, id in sanando perma-  
gni æstimandum est momenti. Bina hæc  
fermenta variis alterationum & deprava-  
tionum modis subjecta extant, unde infinitæ  
quærelæ, hinc illæ lachrymæ!

Acidum seminalis aut formalis fermenti instrumentum, in stomacho, vel defectu, vel excessu peccare notatur.

Defectus, nauseam, anorexiā, dyspepsiam: Excessus exorbitantem ὀρεξίαν, famem caninam, vel exoticæ materiæ appetitum prodigiosum, Virginum pica affectarum, inducit.

Prioris vitium Emeticis convenientibus crebro oblatis emendatur, hisce enim acidum, putrida vel biliosa materia intricatum, vel absorptum libertate donatur.

Posterioris error pessimus, quia effrenis appetitus difficilius temperatur, plura edulia ingurgitat, quam recte transmutare valet, unde copiosa exaggerantur excrementa ac foides, quibus in Archei sinu aliquantis per fotis, pravam qualitatem induentibus, innumeræ calamitatum catervæ corpori humano convehuntur. Hujus acidi excessus alcalibus, & alcalinis præcipitantibus ac hebetantibus corrīgēndus venit.

Jam si fermentum crudioribus alimenti particulis obrutum, & suppressum notetur, & ventriculi calor exinde labefactatus existat, convenienti aromaticā sulfure volatili suavi pollentia, præmisso prius vomitu. Inter hæc non ex insimis est sequens

Aqua

*Aqua Stomachica D.W.*

- R. Radic. calam. aromat. condit. 3. ij.  
 Zingib.  
 flaved. arant. sicc. ana. 3. vij.  
 cass. lign. veræ. 3. β.  
 N. mosch.  
 maceris.  
 coriandri ana. 3. ij.  
 sem. fænic.  
 anisi ana. 3. j. β.  
 herb. menth. moschat. ℥. β.  
 rosar. r. m. ij.

Omnia incisa macerentur in spir. flor. sam-buci, jucci cydonior. & vini Malvatici ana ℥. ij. postea destilla & serva, roborat optimè ventriculum, cruditates rectificando & corrigen-do. Dosi cochl. j. & ultra.

Vel fiat hæc

*Aqua Panis.*

- R. Medull. panis tritic. ℥. ij.  
 N. moschat.  
 cinamomi. ana. 3. ij.  
 caryophyll. 3. β.  
 galang. 3. vij.

Medullæ panis adhuc calentia suffundatur ad humectationem saltem Vinum Malvaticum, & contusa postmodum cum s. q. vini malvatici ponantur in digestione per 4. vel 5. dies, postea ex M. B. destillata cohobentur & serventur.

*Vel hæc Aqua Anisi compos.*

*R. Sem. anisi lib. 8.*

*fœnic. 3. iiij.*

*dauci.*

*carv. ana. 3. j. 8.*

*cinamomi.*

*caryophyll. ana. 3. 8.*

*macis.*

*N. mosch. ana. 3. iiij.*

*flaved. arant. rec. 3. vij.*

*spir. vini rectificati lib. v.*

In pulverem grossum redacta infundantur per dies aliquot, post destillentur s. a. cui dephlegmato adde pro lubitu sal & oleum anisi q. s.

*Vel Absinthii Tinctura.*

*R. Calam. aromat.*

*cortic. arant. ana. 3. iiij.*

*cirri 3. ij.*

*einamom. 3. j.*

*herb. absynth. m. iiij.*

*card. bened. m. j.*

*cent. min. m. 8.*

*Spir.*

Spir. vini generos. lib. ij. fl. iiiij.  
mista diebus octo stent infusa, postea filtra &  
serva. Dosis 3. j. ij. ad 3. fl.

### *Aut fiat Aqua Carminativa hæc.*

R. *Flor. chamomill. Rom. m. xxx.*

Incisa infunde in aqua chamomill. lib. xvi.  
stent in digestione in loco calido per 8. dies,  
postea exprime fortiter : in colatura rursus  
chamomillæ Romanæ m. xxx. infunde, stent  
iterum in digestione per 8. dies, post colentur  
& exprimantur fortiter ; in colatura denique  
infunde

*chamomill. Roman. m. xv.*

*flaved. cortic. arant. 3. ij.*

*abysynth. pontic. m. j.*

*centaur. min.*

*puleg.*

*origani ana. m. j. fl.*

*sem. anethi.*

*anisi.*

*fœnic. aua. 3. j. fl.*

*carvi 3. j.*

*cinamomi.*

*macisana. 3. fl.*

Stent in infuso per mensem, postea destilla ex  
M.B. & serva.

Si cruditates vomitu sunt molesti, præmisso  
vomitorio sequens in usum veniat

*Spiritus Mastichinus.*

fl. Mastich. elect. 3. iiiij.  
 cinamomi 3. 15.  
 macis.  
 costi arom. veri. ana. 3. j.  
 caryophyll. 3. 15.  
 cardamomi.  
 galang.  
 zedoar. ana. 3. iiiij.

Incisa & contusa infunde in *Vini Malvatici*  
 generosi lib. vij. & spir. vini lib. iiij. post destilla  
 f. a. & serva egestum spiritum, cuius Dolis  
 3. ij. ad 3. 15. & ultra.

*Si morselli arrideant,*

fl. Cinamom. el. 3. ij.  
 caryophyll.  
 galang.  
 N. mosch.  
 Zingib. ana. 3. 15.  
 macis.  
 piperis ana. 3. 15.

specierum grossè contusarum recipe 3. iiiij.

amygd. d. excoart. 3. j. 15.  
 sacchari opt. 3. vij. vel x.  
 f. s. a. Morselli stomachales.

Ex-

Externa etiam aromatico oleosa huc optimè faciunt inter quæ sequentia excellunt, v.g.

*Oleum Stomachale Viride*  
*D. Wilh.*

R. Ruthæ recent. m. iiiij.

mentha crisp. rec.

absynth.

anethi. ana. rec. m. iiij.

flor. chamomill. m. ij.

baccar. juniperi rec. m. iiij.

lauri. m. j.

sem. cumini. 3. j.

N. moschat. num. iiij.

calam. aromat. 3. B.

mastic. 3. iiij.

Vini rubri q. s. vel lib. j.

Olei Olivar. rec. lib. ij.

macerata per tres dies, coquantur & exprimantur : adde expresso

olei absynt. still.

ruthæ ana. 3. ij.

In debilitate & dolore ventriculi inungatur regio ventriculi calide, vel etiam clysteribus, aliquot addantur cochlearia.

*Vel fiat hoc Balsamum stomachicum.*

R. Olei nucis mosch. express. 3. j.

mastic.

*Medici præf. seculo accomod.*

*mentha ana. 3. 3.*

*caryophyll.*

*calam. arom. ana. 3. j.*

*carvi.*

*macis ana. 3. ij.*

*Balsami Peruviani 3. 3.*

*ceræ alb. q. s. Ms.*

fiat Balsamum nobile fragrans, quod mirabiliter stomachum roborat illitum.

### *Si placeat Emplastrum.*

*g. Mastich. 3. iiij.*

*tacamahac 3. j. 3. ij.*

*Resin. storac. calam. 3. 6.*

*olei mastich.*

*cydon. ana. 3. j.*

hisce leni calore mixtis adde

*gall. moschat. 3. iiij.*

*caryophyllorum.*

*cinamomi.*

*ligni aloes.*

*N. moschat. ana. 3. iiij.*

*ceræ virgin. 3. viiij.*

Agitentur ac impastentur optimè, ultimo  
verò cum parum retrixerint, adde

*Balsami Peruviani 3. j.*

misce in Emplastrum.

*Vel g. Mastich. el. 3. j. 3.*

*tacamahac 3. j.*

*oles*

olei nucis. 3. vj.  
absynth. dest. 3. ij.  
Balsami Peruviani 3. ss.  
cere q.s.

fiat Emplastrum.

Vel ad compescendum Vomitum fiat tale  
Cataplasma.

R. Fermenti acris 3. iii.  
mentha sicc. pulv.  
mastic. ana. 3. j. ss.  
caryophyll. 3. j.  
aceti rosacei. q.s.

fiat cataplasma quod calidè ventriculo appli-  
cetur.

Nec infimæ sortis est Mixtura Balsamica  
D. Dolæi.

R. Soccolad. seviliens. 3. i. ss.  
olei nucis & expr. 3. ii. ss.  
Balsami Peruv. nigri & albiana. 3. ss.  
cinamomt. 3. j.

cum s. q. Vini Malvatici f. Mixtrura ven-  
triculo debili applicanda.

Jam si præter cruditates, acidum simul co-  
pia & acredine peccet, prioribus alcalia com-  
binentur volatilia vel absorbentia alia. Inter  
hæc admodum recommendat Cl. Thomson  
suam *Essentiam stomachicam*, quam etsi claris  
verbis haud ponat, attamen ex circumscri-  
ptionibus videtur ita parati, v. g.

R. Spir.

R. *Spiritus salis armon. volatilis opt. re-  
ctif.*

*salis tartari volatilis*, vel *spit. vini tartar.*  
ana. p. æq. uniantur probè, addito oleo Nuci-  
stæ expresso benzoi, myrrha elect. ana. q. s.  
cohobentur & uniantur.

Si Nux moschata (dictus *Cl. Thomson. epilo-  
gismi chymici* §. 135. inquit,) cum alcali exalta-  
to titè tractetur, evehitur spiritus odorus cor  
exhilarans, qui partes membranolas, nervo-  
las, solidat, memoriam repollescit, intellectum  
clatiorem parit, & §. 136. Benzoinæ particu-  
lae sulfureæ ab omni fœculentia repetita de-  
stillatione per purgatæ, deinde cum eustoma-  
chico intimè copulatæ fragrantissimam explic-  
tant Essentiam, quæ in passionibus cardiacis,  
item Pulmonis morbis maximo cum successu  
propinatur.

Ex hisce ingredientibus & similibus facta  
Essentia stomachica insignes obtinet vires,  
succos enim degeneres acidos urentes mul-  
cet, gas sylvestre compescit, Lienis vitia cor-  
rigit, fermenta invigorat, stomachum cor-  
roborat, sanguinem purificat, poros cutaneos  
recludendo: solatur renes urinam provocan-  
do, arenæ genesin prohibendo, genitam-  
que disturbando; dolori colico opitulatur,

ac Alexipharmacum eximum præbet: Anti-scorbuticum præstantissimum, acidum retundens exhibet: Uteri suffocationem, indignationem & furorem compescit, fluorem album cotrigit; Dyspnœx, ac asthamati succurrit, in animo à passionum melancholicarum exhalationibus atris obnubilato serenitatem creat, hypochondriacasque vexationes placat, & quæ sunt aliae virtutes à Thomsone latius descriptæ.

Dosis consueta est à 20. ad 60. guttas, licet aliquoties in acerbissimis angustiiss. 6. vel 7. cochlearia in apposito vehiculo, cum inse-quente integra medela, saltem perpetuo levamine ægrotis unius horæ spatio se propinasse refert.

Optime etiam hic convenientia absorbentia & præcipitantia quando cruditatibus expulsis, acidum adhuc dum exsuperat, & bilem acriorem reddit, v.g.

R. concharum præparat.

oculor. cancri ana. 3. j.

cinnabar. nativ. gr. viij.

ml. pro dosi sæpius reiteranda.

Vel. R. Corall. r. præparat.

matris perlar. præparat. ana. gr. xv.

fac-

*sacchari Saturni gr. viiij.*

*cinnamon. pulv.*

*macis. ana. gr. v.*

*misce, fiat pulvis pro dosi.*

*Si acidum simul sensim evacuandum, & infrigendum, fiat sequens*

### Tinctura Vitæ Mas.

*R. Elixir. propr. Rhabarb.*

*Elixir. vita Matthioli c.*

*tinctura tartariana. ȝ. viij.*

*confect. alkerm. compl. ȝ. ȝ.*

*flor. tunic. rubr. ȝ. j.*

*per tempus infusa filtrantur & serventur in vitro benè clauso*

### Vel Fæmina,

*R. Elixir. propr. rhabarb. ȝ. j.*

*tinct. tartari opt. ȝ. viij.*

*aque anisi comp. ȝ. viij.*

*confect. alkerm. sine m. & a. ȝ. ȝ.*

*flor. tunic. ruber. ȝ. j.*

*Infusa filtrantur. Dosis est à ȝ. j. ad ȝ. ij. & ultra.*

*Vires harum tincturarum insignes sunt, acidum crudius rectificant, superfluum obtundunt, & temperamentum duplicitis fermenti vigorant, ac amborum æqualitatem procurant:*

rant: hinc stomachum roborant, sanitatem conservant, & ad prolongandam vitam conducunt.

Si Fermentum deficiat, & à bili volatili acriori obtundatur, ac anorexia ventriculum vexet, tunc præmisso vomitorio, exhibeantur acida, quæ partem bilis sulfuream domant & obtundunt.

Talia sunt Elixir propr. Paracelsi cuius loco vos Schonii ceu magis correctum substituimus, sic & spiritus salis volatilis acidus stomacho adaptatissimus, ut & acidum tartari rubrum santalinum, supra de digestivis traditum, nec non talis

### *Tinctura citri rosata.*

R. Flor. rosar. 3. j.

succi citri clarif. lib. ij.

spir. salis, vel nitr, vel sulfuris acidi volatilie  
3. iiij.

Infusa leni calore & tincta colentur, adde  
sacchari albi. q.s.

Dosis cochlear j. vel ij. vel per se, vel in forma Julepi cum aqua fontana, acetosæ, aut simili.

Circa stomachi alterationem in genere  
notetur, ne nimis humectantia sèpius exhibe-

Rr bean-

beantur, omnia enim laxantia, maximis hau-  
stibus propinata, ventriculum flaccidum red-  
dunt, & retentricem ejus vim debilitant. Hinc  
etiam magis refrigerantia quam calefacentia  
ventriculo nocent, cum sit viscus naturâ suâ  
frigidum: Nec propterea obtundendus ca-  
lor, talibus calidis, quorum particulae volatiles  
leviter exhalant, & substantiam crassiorem  
relinquunt difficulter subigendam, talis est ra-  
phanus rusticanus, qui quidem moderata  
quantitate convenit ventriculo robusto, debi-  
lem verò ex dicta causa laedit.

## CAPUT. XIV.

*Hepatica tradit.*

**H**epar, olim maximæ dignitatis erat, dum  
sanguinem credebatur conficere, & per  
venas alimentum distribuere: nunc verò post-  
quam larva nobilitatis eidem detracta, vix co-  
latorii vice fungitur: quam ob rem non de-  
fuerunt, qui jecur jocosis monumentis prose-  
querentur: quam ingeniorum otio abuten-  
tium festivitatem, mirum quam graviter &  
acerbè tulerint veterani quidam Galenicæ mi-  
litiae stipatores.

Nam

Nam Deos hominesque obtestati sunt, ut injuriam huic visceri illatam, ulciscerentur: quanquam minus rectè dolendum erat studiosis epaticæ dignitatis, quod jecur gignendi sanguinis potestate privaretur; nam ea quoque ratione à magnis criminacionibus, & contumeliis vindicatur; quotus enim quisque morbus non imputatur vitiosis humoribus, quos passim epatis culpa, sed falso progenitos, criminantur imperiti Medici? hæc *C. Amman-nus ex Consentino.*

Usum verò hujus visceris omnium optimè haberi posse ex illis, quæ vel ad ipsum vel ab eo fluunt, conjecturatur.

Ad ipsum verò deferti sanguinem & spiritus, ac ab eo rursus fluere sanguinem à defæcatione relictum, bilem item, inquit, & lympham. Ut hinc pateat, Epat tantum colatorium bilis, & juxta *Glissonium*, scaturiginem lymphæ vel aquæductuum esle.

Principaliora etgo Hepatis producta, billem scil. & lympham, medicamina Hepatica respiciunt, alterata, & vel excessu, vel defectu peccantia.

Bilis à Galenicorum schola hætenus pro excremento habitafuit; sed si hoc, cur duodeno annexitur fel, tunc potius intestino recto alligandum, ne chylum inquinet?

Rr 2

Et

Et cur aromatica enervatam bilem, & per eam animales spiritus hinc vires tam citò restaurant? Et si naturam providam respicias, annon reperies inter aves & pisces rene & lotio non verò felle carentes? quæ ergò eos dementia cepit, quod excrementis id adnumerarent! in primis cum tanta etiam ipsius vesiculae sit dignitas, ut ea ex læsione collapsa, unâ & totum animal concidat, sicuti refert re & nomine *Felix Würz* / cum tamen dentur uxores quæ ex puerperio læsa vesica urinaria incolumes vivant.

Altiores ergò sunt Bilis vires, quam Galenicis scire datum est, sale enim balsamico volatili alcalino gaudet, quod per indefinitos ac angustissimos cerebri cuniculos circulatum, in ipsos etiam rectificatur animales spiritus. Considera quæso iratum quenquā, & dum ferocia, & ex ira bilis actimonia spiritibus animalibus accedit, observes eum certò vix loco manere; incalescere, succuti, & si dentibus mordeat, venenati quid partibus adfricare; nec quoque viperam nisi lacefitam & iratam lædere. Atque hinc manifestum fiet quantum virium spiritibus bilis addat, potissimum si animadvertis maniacos ita incalescere, ut etiam intensissima non curent frigora, ac Herculeo tum labore præstantes: sic etiam videbis continuo

tinuò bilem, furoris hominum causam esse, si nimium redundet.

Constat hinc bilem universalis in sanguine motus Authorem esse primarium, & subacidæ lymphæ obviam vitalem excitare effervescentiam, ut innatum calidum jugiter toto in corpore foveatur, & crudiores particulæ ita rectificentur, ut tandem dulcificatae in ipsos animales spiritus eleventur, non enim aliter in corpore humano spiritus differunt, quam gradibus subtilitatis: vitales sanguini includentur & hi tunc animales potentialiter includent; & cum hi à sanguine actu separantur, animalium functionum authores constituunt, & humoribus se immiscentes, vitales dulcificant rursus.

Circularis ergo motus naturæ maximè familiaris; Ex puncto enim quasi oritur bilis, & in idem regurgitat rursus, dum bilis per cysticū hinc communem ductum ad intestinum vergit duodenum, ut cum pancreatis acido concerteret, & si quid utile restet, cor appellat, ibidemque vitalem effervescentiam auget, ut ibi sanguinis oleum in sal quadanterus abeat, sero solubile, ut tum rursus per arterias cysticas propulsus ad vesiculam felleam deferatur, quò particulas, vesicariæ tunicae poris appropriatas, in cystin dimittat salinas oleosis obvo-

lutas, ac ita ex sanguine segregetur iterato, & ex contrariorum pugna recolligatur & ad suam cystin secernatur, ac ita ex fine principium quenque inchoetur rursus. Pluribus hic nos non iñiscemus, ne limites nostras transiliamus: saltem paucis attingentes lympham, sive serum laudabile, laticem, aquam crystallinam.

Unde hujus vasa orientur, rem adhuc esse intricatam *Cl. Ammannus* confirmat, et si, inquit, *Cl. Bartholinus* reliquis in hac materia fuerit accuratior: *Glissonius* tamen, non audet perfectam, certamque omnium, quæ ad lympham spectare possint, demonstrationem polliceri.

Interim certum est ab Epate, & juxta *Rüysh*, à Liene plurimos ramos ad receptaculum chyli commune tendere, ubi cum chylo commiscetur, & per ductum Thoracicum adscendit lympha in subclaviam; certum etiam est, inventis valvulis lymphaticorum, lympham non à centro ad circumferentiam, sed ab hac ad illud ferri, vel moveri: idem patet ex altero lymphaticorum genere, quod ex artibus, vel extremis corporis partibus, oritur, uti hoc luculenter demonstrat *Charleton*.

Multo minus, usus lymphæ, planè incertus esse potest; siquidem hic liquor sanguini proficuus

ficuus est, dum ejus coagulationem impedit,  
& quia maxima illius pars jam antea ad volati-  
litatem est perducta, subacidula, spiritibus vi-  
talibus sese facile adjungit, & vitalem efferve-  
scientiam promovet.

Necessarius ergò hic liquor est, qui sanguini  
fluiditatem legitimam inducit, si benè con-  
stitutus, depravatus verò itidem varia inducit  
mala. Ob defectum febres ardent; si excedat  
ruptis vasis, hydropem inducit, & variè depra-  
vatus catarrhos exfuscat, & infinita mala in-  
ducit.

Duplicia ergò jam hic occurunt medica-  
mina, & quæ bilem & lympham vario modo  
depravatam & alteratam respiciunt: maxima  
amborum est convenientia, uno enim exce-  
dente, alterum succumbit, æqualitas ergò  
summè necessaria.

Si bilis excedit volatilitate acri & copia,  
tunc absumitur lympha, oriuntur febres ar-  
dentes, & similia mala.

In hoc casu convenientiunt diluentia, acida,  
volatilitatem bilis infringentia, lympham re-  
staurantia & similia sequentibus formulis no-  
tata. Excellit inter hæc seq.

*Essentia Hepatica.*

*Re. Succia etosæ clarificat. lib. viii.*

*Tamarindor. recent. lib. i.*

Tamarindi sint recentes, grata dulcedine præditi, non nigredine infecti. Tamarindi terantur mediante cochleari ligneo, in dicto succo, donec fibræ optimè separatae sint, medulla verò cum succo probè remixta extet, tunc colaturæ per linteum factæ, immisce aliquot ovi albumina, & cucurbitæ vitreæ immissa, & alembico cocco superposito coquuntur in M. B. per 3. vel 4. horas, postea colatur per linteum densum, cum levi expressione, & colatura inspissatur in vitro ad consistentiam melleam, ac servatur.

Si hæc essentia abique empyreumate legitimè parata est, grato sapore, succo citrio haud cedit.

Vires insignes obtinet, in effervescente volatili, acrioribile concentranda, hinc in febribus ardentibus, viscerum inflammationibus, immoderato calore, siri nimia & similibus optimè conduit.

Usus est talis vel similis. Recipe lactis caprili ment. iiiij. ebullienti infunde aquæ cichorii lib. i. in qua hujus essentiæ uncia una soluta sit, tunc separatur serum à caseosa lactis substantia; serum

serum verò si non sit clatum satis, cum albume ovi clarificatur, & pro lubitu sacchari paulum additur, si grata arrideat dulcedo: tunc servatur, & de eo bibitur sèpius haustus.

In Potu ordinario fiat potus talis.

R. Hordei mund. m. j.

violar. mart. m. 3.

radic. cichor. 3. j.

cinamom. 3. j.

sacchari. 3. iiij.

Aqua mensuras duas.

acets. 3. ij.

Coque ad trium digitorum casum, & serva prouisu ordinatio.

Vel R. Semin. portulac. lib. 3.

succi endiv. opt. despumat. lib. ij.

acetii opt. lib. 3.

sacchari. lib. j.

Succus cum semina infundatur per d. & n. tunc coque cum saccharo in syrupo, de hoc sèpius exhibe 3. j. cum aqua cichorii & fontana pro julepo.

Vel R. Sacchari lib. iiij.

Aqua fontan. tantum, solve & coque despumando cum album, ovi nunt. iiiij. tunc adde

Aqua rosar. lib. vj.

succi limonum num. 30.

sem. anisi conquass. m. j.

coque ad dimidias, tum cola & serva, cum

R r c

aqua

634 *Medici præf. seculo accommod.*

aqua fontana vel destillatis sumendum pro  
Julepo.

Si Nobiliorem velis potum,

¶. *Conseru. rosar. cochl. iiiij.*

*borrag.*

*bugloss.*

*acetosell. ana. cochl. j.*

*succi rikium cochl. iiiij.*

*aqua endiv.*

*acetos.*

*bugloss.*

*cichor. ana. lib. 3.*

misce, unicâ ebullitione, tum colaturam re-  
frigeratam serva pro Julepo.

Sic etiam conductit maximè seq.

### *Aqua Hepatica refrigerans,*

¶. *Fol. lactuc. m. vj.*

*vitis.*

*endiv.*

*acetosell. ana. m. iiiij.*

*Radic. cichor. 3. iiiij. 3.*

*succi melon.*

*cucurbit.*

*cucumber ana. lib. j. 3.*

*bacc. fragor. lib. j.*

mista cum rore Majali destilla, addito modico  
salis, & serva aquam in febribus ardentibus &  
similibus internè & externè optimi usus.

*Vel*

*Velfiat Decoctum Alterans hoc  
E. Sax.*

R. Radic. chin. 3. ij. B.  
santal. rubri pulv. 3. j.  
fl. papav. errat. m. B.  
rosar. r. elect. m. j.

Tunc cum aquæ fontanæ mensuris circiter  
7. vel 8. fiat decoctum, additis cortic. citri. 3. B.  
sem. anisi 3. ij. spir. Natri dulcis 3. j. aquam hanc  
ebullientem dictis speciebus superfunde, &  
tecta stent per tempus infusa.

Infusionis hujus filtrata libris viij. adde  
syr. acetos. citri.  
granat.

ribinm ana. 3. j. B.  
succi berber.

citri sine saccharo ana. q. s. pro grata aspi-  
ditate.

aqua eimamomi parum ad gratiam.

Vel R. Aquæ fontan. 1b. xxxij.  
sacchari candi. 3. x.

Bulliant leniter & colentur in colatura ferven-  
tissima: infunde per horas 12.

santali rubri pulv. 3. iiij.

flor. rosar. r. m. j.

succi citri crudi. 3. xxiiij.

Colaturæ tinctæ unciis octo adde

syr.

*syr. berber.*

*granator. ana. 3. viij.*

*succi citri rec. 3. iiij. 3. v.*

*aq. cinamomi 3. j.*

*spir. Nutri dulcis q.s. ms.*

Aut sequentem tibi habeas recommendatam

### Tincturam Rosarum.

*R. Aquea fontan. mensur. j.*

*coriandri. confract. 3. j.*

*crusta panis assat. frustum.*

*spir. vitrioli vel nitri dulcis cochl. j.*

Coquantur hæc invicem, & cum ebulliant superfunde seqq. speciebus, v. g.

*rosar. r. m. j. β.*

*cortic. citri cum succo num. j.*

*cinamom. 3. j.*

*sacchari. 3. iiiij.*

stent infusa per diem, donec tinctura probè extracta extet, tunc filtra & ad usum serva.

Si vino asueti, eo carere haud velint, fiat seq.

### Vinum Hepaticum refrigerans.

*R. Radic. cichor. rec. 1b. j. β.*

*acetosa 3. iiiij.*

*herb. acetos. m. iiiij.*

*tamarind. 3. iiij. β.*

*fl. ro-*

fl. rosar. r. m. ij.  
 passular. min. it. ss.  
 pomor. citri num. vij.  
 cress. tartari 3. j.

Incisa & sacculo indita infundantur, in mensuris decem vini veteris debilioris, de quo apud pastum primus fiat haustus, si una mensura extracta est, alia reaffundenda recentis dicti vini mensura.

Sic etiam optimè hic conducunt absorben-  
 tia & præcipitantia quæ regurgitantem, spu-  
 mescientem & exorbitantem bilem, æque ac  
 acidum exsuperans, in motu suo inhibit, &  
 fermentantem refrenant, sic. v. g.

R. Corall. r. preparat. 3. j.

perlar. preparat.

cinnab. nativ. ana. gr. v.

ml. fiat pulvis pro dosi saepius reiteranda.

Si placet Electuarium.

R. Conser. aceto sell. 3. ij.

condit. pulpa citri.

radic. cichor. ana. 3. j.

effent. ex citri cortic. ext. 3. j.

spir. vitrioli dulcis 3. ss.

misce, de hoc saepius sumatur quantitate nucis moschat.

Hæc de Bile volatili, pingui, acri, quando febres ardentes inducit, lympham absunit, &

ob vo-

ob volatilitatem cum sanguine non rectè co-  
hæret.

Si verò viscosa nimium, & propterea san-  
guini minus unitur, convenient velatilia, aro-  
matica, de stomachicis notata. Hæc si prò-  
greditur, lymphæ copiosæ viam struit, & tunc  
minor fit effervescentia, ac si tum actedo ac-  
cedat salina, cachecticus inducitur corporis  
habitus, & varia alia mala, hydrops, ascitis &  
similia oriuntur.

In hoc casu convenient humectantia spi-  
rituosa aromatica sale volatili abundantia, quæ  
defectum spirituum animalium, acidam lym-  
pham temperantium resarcint, qualia supra  
de stomachicis itidem notata sunt.

Si verò eò progrediatur depravata lymphæ  
copiosæ cruditas & aciditas, ut Hydrops & si-  
milia inducantur, tum etiam martialia legitimè  
parata & alcalifata conducunt, quæ præ-  
ter vim cruditates acidas rectificandi, ro-  
borant & leviter adstringunt, absumpto  
acido.

Si verò obstructiones eum humore copio-  
so conjunctæ sint, in forma sicca ea magis con-  
ducunt. Si verò siccitas & scirrhescientia ac  
tumor durus, ibi ea diluentibus remixta con-  
veniunt magis.

Sic co-

Sic copiosa adsit humiditas fiat seq. vel similis.

### Pulvis Cachecticus.

¶. Martis cum tartaro parati alcalisati 3. j.

salis genistæ,

tamarisci.

absynth. ana. 3. j.

succini albi preparat.

cinamomi ana. 3. β.

sacchari 3. j.

ms. fiat pulvis subtilissimus, cuius Dosis 3. β. ad 3. j. mane & vesperi.

Vel ¶. Croci Martis solubilis dulcis 3. β.

perlar. preparat. gr. viij.

corall. r. preparat. gr. xv.

cinamomi gr. vj.

sacchari 3. j.

ms. fiat pulvis pro dosi saepius reiteranda.

In hoc casu etiam maximè conveniunt intermedia purgantia, qualia supra ex jalappa, gummi gutta & similibus dedimus.

Si lympha sit crassior, & tenax, tumorem, scyrrhum & similia inducens, tum magis liquida in usum veniant, v. g. seq. exhibentur.

Vinum

*Vinum hydropticum.**Bz. Radic. urtic.**ebuli.**ireos ana. 3. ss.**liquirit. 3. j.**cinerum genistæ.**juniper.**fabarum straminis ana. 3. iiij.**baccar. ebuli. 3. j.**rbabar. el. 3. iij.**croci Martis solubilis. 3. iiij.*

Incisa & contusa d. ad nodulum mensuræ  
vini infundendum, cujus dosis mane 3. iiij. ad  
3. iiiij. cum spir. salis arm. gutt. xx.

*Vel Bz. Cortic. fraxini.**ligni tamarisci ana. 3. ss.**sassafras 3. iiij.**radic. helleb. nigr. 3. iiij.**cucumeris asinini ante plenam maturita-*  
*rem vell lignostatæ collect. 3. iiij.**polypod. 3. vij.**caryophyllat.**salis genist. ana. 3. ss.**croci Martis solubilis 3. j.*

concisa & contusa dentur ad nodulum pro  
duabus vini mensuris. Dosis 3. iiij. hæc sensim  
incident, corrigunt & evacuant, per tempus  
exhibita, & protolerantia ægri propinata.

*Plu-*

Plura serum copiosum salinum corridentia,  
& simul diuretica intermediatis vel præmisitis  
purgantibus , quære supra , quæ cum simul  
item Diaphoretica sint , maximè convenient  
lymphæ attenuandæ,cortigendæ & vario mo-  
do expellendæ.

Reliqua lymphæ vitia , quando vel magis  
vel minus est acida , vel copiosa vel deficiens ,  
vel viscosa aut liquidior , vel impura , dictis me-  
dicaminibus similiter parent .

---

## CAPUT XV.

### *Splenetica exhibet.*

**L**ienem perpendentes , visceris hujus nati-  
ram nondum verè perspectam sanè luge-  
mus cum aliis infinitis ; et si enim conspiciamus  
insignia ejusdem vasa , in primis arterias , & co-  
piosus nervos , usus attamen teste Ammanno  
latet maximam partem .

Credibile interim , imò , quodammodo de-  
monstrabile , fieri in hoc viscere & dulcifica-  
tionem , & sanguinis plus quam perfectionem :  
exhausti enim animales spiritus sanguinem  
dulcificantes , hic suas crudiores acidas parti-  
culas secernere videntur , pancreatae excipien-  
das

das, quo tum spiritu osioribus acidi dulcificatis spiculis arterioso sanguine advectis simul resarciri queant rursus, secretæ verò pro initia da chyli fermentatione in intestinis, & puri ab impuro separatione inserviant. Huic particularum separandarum usui, lympha inservit, quâ vitiatâ, separatio item dicta depravatur, unde infinita mala; Si enim acidæ illæ particulae subtilissimis spiculis dulcificatis destitutæ, coacervantur in sanguine, vel visceris male constituti, vel lymphæ depravatae causa, cachexia præsto est: Vel si concepta, in mente, idea spiritus animales afficit, & hisce tum afficiatur sanguis & in motu retardetur, actiores redundunt humores cum spiritibus, quibus si legitima denegetur separatio, dicta mala Scorbutica, Hypochondriaca, Arthritica & innumeræ similia exsurgunt. Pro Exemplo Melancholia ancillatur, cuius causæ etsi omnes ferè externæ, velex cogitationum perturbatione, paupertate, amore, & similibus sint enatæ, at tamen spiritus animales inficiunt, ut in motu & actione sua veloci, perturbati, totam inficiant spirituum Oeconomiam, & corporis debitam constitutionem sanam invertant.

Si paulò apertius declaratum velis opus, en assertio nis progressum:

Quem-

Quemadmodum bilis, universalis in sanguine motus, Author primarius, per Hepar suum perficens circulum, ibidem concentra-tiores, sed crudiores superfluas particulas sul-fureas telinquit, ita in hoc viscere spirituum animalium crudiores & rudiores particulæ sa-linæ dulcificationi ineptæ & arterioso sanguine adductæ, separantur & remanent, subtilissimæ verò & exaltatæ volatilissimæ particulæ nervorum fibrillas separatæ subeunt; non se-cus, ac si filamenta, plantam quandam, hu-mectatura, à vasis fundo aquâ pleno ad radi-cem plantæ apponas, videbis tenuorem aquâ secundum filamentorum ductum transcende-re, exaltationi verò ineptam remanere.

Hic verò remanentes & isti plusquam per-fectioni ineptæ particulæ, partim Lienis caver-nis implicantur, unâ subnigricans ejus paren-chyma componentes; partim ad pancreas amandantur, per apposita lymphæ vehicula, vasa nimirum lymphatica, necessariò tum usui, fermentationi scil. inferviens, in pri-ma chyli, crudiori depuratione & defæca-tione.

In hac illibata & sanguinis, lymphæ, & spi-rituum circulatione, integra consistit sanitas: per innumeros enim gyros circulari spi-ritus oportet, quo sua mixtione dulci-

Sf 2 fica-

ficationem perficiant, & nutriendas partes penitissimè tingant, quia subtili sanguine vecti carnis penetralia subeunt, & tenuissimis fibrilarum latebris sese insinuant. Dulces sint circulati spiritus, ne suis aculeis carnem depescant crudiores, ac atrophiam pro nutritione inducant ; humores namque crudiores quando spiritibus orbi magis, potius fatigant quam nutriunt.

En spirituum animalium primariam fabricam, qui tum ad cerebrum delati, & ab ejusdem unctuosa substantia post tantam circulationem derivati, nulla postmodum aculcorum rudimenta in sensilissimis etiam nervis exuerunt. Hinc volatiles spiritus, spirituum restorationi expeditissimi sunt, multorum gravium morborum tuti & præservatrices & depultrices. Nec bona alimonia ac nutritio, tam à plurimorum ingurgitatione quam spirituorum moderato & legitimo interventu dependet.

Jam circa visceris splenetici usum occupatis, multa obveniunt impedimenta, quæ dictam spirituum fabricam invertunt, & infinita mala corpori humano contrahunt, & sunt vel externa vel interna.

Inter externa adstant varia animi pathemata, inter interna diæta variè depravata, sed hæc

hæc remota , proximioribus & immediatis  
struunt vias, quando spiritus, remotioribus il-  
lis, in sua actione perturbari, sensim depravati  
incipiunt, ac tum neglecto principio mali, crudi-  
tatibus magis magisque obruuntur vel de-  
lassantur & hebetescunt , unde lassitudo, me-  
lancholia, tristitia, & tandem malo ingra-  
vescente, lienis parenchymate cruditatibus præ-  
sertim acidis replete, ac lymphæ depravata, in-  
crassata, infinita majora mala, scorbutica, ca-  
cheistica, hydropica, arthritica, & similia  
emergunt.

Principaliora ergò Medicamina quæ huc  
spectant sint alcalina, volatilia, spirituosa, re-  
solventia, tenacitatem lymphæ temperantia,  
Diuretica, Diaphoretica, absorbentia, & simi-  
lia, qualia supra de Hepaticis, (utpote cuius af-  
fectus cum hujus visceris, admodum concor-  
dant:) & alibi tradita sunt ; nisi quod validiora  
requirat Lien aperientia quam Hepar, inpri-  
mis si limositates & lymphæ tenacitas jam fi-  
xas egere radices. Hæctamen in genere in-  
telligantur, ubi lien acidis, austoris humoribus  
circumfluxus existit.

Ubiverò alcalina prævalet constitutio, con-  
veniunt ea de hepaticis, & bile infringenda  
communicata.

In genere hic pro panacea habentur martialia, quæ ob singularem alcalinam energiam errans in corpore acidum, sibi associant, *Ci.*  
 „*Thomson* etiam teste: Ferrea inquit, remedia exquisitè instructa, succorum coagulantium texturam invertunt: proinde coagulata tandem, à naturæ robore resolvuntur, & obstructiones splenis uteri, per accidens appetiuntur: eadem etiam medicamenta materiæ impetuofæ, liquores vitales colliquantis atque in exorbitantem balsami animalis præfusionem Archeum irritantis refrænationem faciunt: profectò ita ut menstrua etiam defectuosa vel superflua, ab eadem Medicina emendari queant, causæ scilicet spinosæ tarsalibus, nec non congelantis amotione.

Ex hoc item fundamento Acidulæ admodum conducunt, quia præter accidentalem aperientem vim, calorem temperant, & lymphæ tenacitatem diluunt, solutum vero acidum rude salinum per urinas educunt. Vires illarum admodum deprædicat *Ci. dictus Thomson*; Vitæ, inquit, commoda plurima emergunt è fontibus acidis sperma sulfuris primigenium sapientibus, nec non metallica Martis vena imprægnatis, unde ventriculi & intestinorum tunicis adhærentes fortes abstergunt & ablueunt, stomachi robur si justa

„proportio sumatur, conservant, crassa, viscosa,  
 „excrementa everrunt, acciditales quadantes,  
 „tenus retundant tartareas, coagulationes,  
 „obstructiones causantes, (unde febres perti-  
 „naces, scorbutus, flatus hypochondriaci, i&te-  
 „ritia, hydrops &c. oriuntur:) reserant, elimi-  
 „nantque, menstrua provocant, urinæ ex-  
 „cerbationem leniunt, duelech fabricam pro-  
 „tempore impediunt, imò synagma sabulo-  
 „sum initians disjungunt, insuper membra-  
 „harum laxitati, atque villorum toni remissio-  
 „ni auxiliantur: quapropter ad diarrhæam,  
 „lienteriam, & cæliacam conducunt, per ac-  
 „cidens porro cephalalgicis, asthmaticis, ver-  
 „tiginosis opitulantur.

Sed eandem hic observari volumus & con-  
 siderari sententiam, quam de Hepaticis supra  
 posuimus, nimirum, ubi humiditas copiosa  
 lymphatica exsuperat, in forma sicca martia-  
 lia propinanda, secus ubi lymphæ tenacitas  
 magis liquidis diluenda.

Præter martialia de Marte supra tradita,  
 sequentia non infimæ sunt fortis, vegetabili-  
 bus aromaticis, aperientibus maritata: inter  
 hæc maximè laudat D. Timæus suam

### *Essentiam Hypochondriacam.*

R. Limatur. Mareus subtiliss. 3. ij.  
 iroretur spir. vitrioli q.s.

mixta stent in vase vitro per triduum, postea  
affunde *vini albi generosi* lib. ij. stent in dige-  
stione per 7. dies, agitentur quotidie aliquo-  
ties, in colatura intunde

*Trochisc.* de cappar. 3. vj.

*rhabarb.* 3. β.

*spec. diarrhod.* abb. 3. ij.

*diatrimon. santal.* 3. j.

*aromat. rosat.* 3. j. β.

*crem. tartari* 3. ij.

*facul. bryon.*

*aron. ana.* 3. ij.

*sal fraxini.*

*cichor.*

*absynth. ana.* 3. j.

*croci.* 3. j.

Mixta digerantur in M. B. per triduum, post-  
ea colentur, colatura ad medietatem abstra-  
hatur per destillationem, residuum servetur  
in vitro.

Dosis est à 3. β. ad 3. β. ex carnis iuscule, vel  
alio liquore.

Multò præstantius hæc sit Essentia si loco  
Martis, vitriolo irrorati, addas croci Martis  
solubilis, hic etenim expeditius sal nocuum  
oberrans absorbet, quam acido jam saturatus  
& solutus Mars.

Potet etiam fieri tale Vinum Medica-  
tum, v. g.

*pl. Cera*

32. *Cortic. fraxin.*

*radic. cappar.*

*tamarisci.*

*radic. foeniculi.*

*petrosel. ana. 3. β.*

*herb. cuscute.*

*capill. vener. ana. m. β.*

*cinamomi.*

*macis ana. 3. j.*

*sem. anisi.*

*agni castiana p. iij.*

*fl. borrag.*

*bugloss. ana. 3. iiij.*

*crocs Martis solubilis 3. ij.*

mixta, & in tribus vini mensuris infusa, propinquentur bis de die ad 3. v.

Vel siattale Vinum Splenetico - Hystericum.

32. *Radic. enul. camp.*

*scorzoner.*

*byroniae.*

*bugloss. ana. 3. v.*

*polypod. q. 3. ij.*

*Fol. meliss.*

*scolopendr.*

*ceterrach.*

*Fol. puleg.*

*arthemis.*

*thymi.*

*epithymi.*

*Flor. borrag.*

ssg

bugloss.

bugloss.

hyperici.

thiliae.

anthos.

acaciar. ana.m.B.

sem. anisi 3. iiij.

sileris. mont.

dauci.

angelic.

pastinac. hortens. ana. 3. j. B.

Fol. lenn. or. 3. iiij.

Rhapont. 3. j.

cinamomi. 3. B.

zedoar. 3. ij.

cortic. arant. rec. 3. j.

Incisa &amp; contusa dentur ad nodulum.

Hunc ad fundum dolioli, sex mensuras continentis affige, ac affunde ab initio sequentis lixivii mensuram unam semis, v. g.

Recipe mensuras quatuor aquæ fontanæ, in hac saepius extingue chalybem ignitum, cum hac aqua chalybeata & cineribus juniperi puris, fac lixivium; In hujus lixivii mensuris tribus coque pastular. minor. 3. vij. major. 3. ij. demptis acinis concisis, & contulis minoribus, donec dimidia pars decocta sit; hoc lixivium colatum, fervens ut dictum superfunde nodulo, quatuor verò horis elapsis reple dolio-

doliolum vino veteri, & relinquuntur per dies aliquot; Postea veniat in usum, nimirum bibatur de eo mane & vesperi haustus, præmis- sis mane aliquot cochlearibus jusculi.

Sic admodum etiam conducunt tales mix- turæ, quæ acidum vaporationibus nocivum & suffocans expedite pessundant, & aculeos atterunt, & edulcorant, v. g.

¶. Aquæ fænic.

meliss.

menth.

bugloss.

fl. papav. err.

fumar.

loch. sani.

cinamomi.

asthmatic. ana. 3. ij.

elix. vita Matthiol. 3. iiij.

syr. papav. errat.

rubri idai ana. 3. iiij.

succi kermes 3. ij.

confect. alkermes 3. i.

l. opiat. gr. viij.

spir. salis armon. 3. iiij.

salis succini vol. 3. ij.

tinct. hyperics.

succini tartarifat. ana. 3. iiij.

Mſ. de hac mixtura detur ſæpius, vel ſingulis dimidiis horis j. vel ij. cochlearia, inſtantे paroxysmo.

Excell. VVedelius recommendat ex Helmonte decoctum vel infuſum oculorum cancri, cum vino factum, acquirere enim ſaporem alcalicum, & egregiam medelam dolorum hypochondriacorum, nephriticorum & aliorum plurimorum morborum eſſe, aſſerit.

Si præter peccans rude acidum, copia humoris feroci exſuperare videtur, magis ſolida forma conducent adhibita medicamina intermediatis purgante vi leviter præditis, quæ ſimul acidum ſero contentum corrigendo evacuant, tale eſt Electuarium Eq. D' Obon. D. Majerne.

R. Radic. liquirit. raf. 3. iiij.

polypod.

ſem. anisi.

follicular. ſenn. ana. 3. j.

ſicuum ping. num. 9.

ſem. caribam. conquaſſ.

Fol. ſenn. el. ana. 3. iiij.

Coque cum f. q. aquæ ad dimidias, cum colatura extrahe ſequentia.

R. Pulpæ paſſular. min. 3. iij.

cannie fiſtula.

prunorum ana. 3. j. probè mixtis adde

Rhabar. fin. pulv. cum ol. cinam. irrorat. 3. iiij.

lapid. lazuli. præp. 3. iij.

fyr.

syr. de pomis 3. j. 3. ij.

ambra grisea gr. v.

misce fiat s. a. Electuarium.

*Vel fiat talis Confectio Splenetica  
f. H. f.*

Rx. Conserv. caryophyll. rubr. lib. j.

nitrit tartarisat. 3. i.

salis meliss.

urtic. ana. 3. ij.

succini volat. 3. j.

balsami antimo rial. succinati.

olei feniculi super corallia. r. infusi & tincti  
ana. 3. j. 3.

cinamomi 3. 3.

cinamomi opt. pulv. 3. 3.

caryophyll. 3. ij.

nucis Indic. condit. 3. iii.

ambre grisea spir. rosar. solut. 3. j.

misce exacte & serva curiose.

Dosis 3. j. saepius exhibita.

*Fit item Syrupus Spleneticus  
hoc modo.*

Rx. Passalar. minor. lib. j.

radic. rubiae tinct. 3. j.

eringii.

polypod. ana. 3. 3.

nasturt. aquar.

fl. bba

fl. bagloss. ana. m. j.

sem. anisi ȝ. ȝ.

Coque cum s. q. aquæ, colaturæ R. itb. j. ȝ.  
succo pomor. ȝ. viii.

In hisce per tres dies infunde

Croci Martis solubilis ȝ. ij.

Postea colaturæ adde sacchari albi q. s. & ad  
syrupi consistentiam coque.

*Cl. Sylvius hisce suis Pillulis Splene-  
ticas multum tribuit.*

R. Gummi galbani aceto squillit. solut. ȝ. ij.  
vitrioli Martis ad albed. calcinat.

mastic. el. ana. ȝ. j.

castor. opt. ȝ. ȝ.

myrrh. rubr. gr. xv.

croci opt. ȝ. ȝ.

troch. alhand. ȝ. j.

resin scammon.

jalapp. ana. ȝ. j.

oleic citri. gutt. ij.

misce, fiant pillulæ num. so. de eis capiat le-  
tum ingressurus num. v. vel viij.

*Vel s. Extract. cathol.*

*Mariæ succo pomor. borsdorff.  
fact. ana. ȝ. j. ȝ.*

diagrid. sulf. gr. viij.

resin. jalapp.

croci Martis solub. ana. ȝ. j.

cum balsamo antimoniali fiant. s. a. Pillulæ.

*Sixx.*

Si extera ex usu esse videantur, fiat tale  
Emplastrum.

R. Empl. de meliot. 3. ij.

gummi ammon. aceto solut. 3. ij.

trochisc. de cappar. 3. j. ss.

olei absynth. dest. 3. j.

cerae, therebinth. ana. q.s. ut fiat Empl.

Vel. R. Olei dest. absynth.

rute.

spir. salis arm. ana. 3. ss.

ms. hoc inungatur regio lienis,

Circa martialium adhibitionem nota quæ supra de Marte notari voluimus, an excrementatingantur vel non: sic & motus imperandus, quo humores torpidi excitentur, & medicamentum actuetur magis, præprimis si in forma sicca sive solida propinata fuerint martialia.

Sitenacitas pituitæ coagulatæ eò processit, ut mox concrescere, & lapidescere velle videatur, tunc acida volatilia exhibenda, quæ coagulationem destruunt, acido inductam: in hoc omnibus præstat spir. nitri volatilis, quem suo loco quære.

Observandum etiam, ut dulcia justè propinentur, ne excedente eorum usu cruditatibus acidis materia subministretur, & malum augeatur.

## CAPUT

## CAPUT VI.

*Anticolic a tradit.*

**A**TROCES hæ dolorum furiæ , diversis acidi depravatis mixturis ortum debent, ex bilis enim pinguioris mixtura , ubi bilis inflammat a subigitur , ardoris inducitur sensus, ad gangrænam accedens: Si verò subacta bilis, vel pauca, vel minus pingui, pituita tenax accedat, tum sublata effervescentia , algidi sensus adebet in remotis partibus , cum æstu hypochondriorum , dolore perterebante , distendente , gravante , lacinante , &c. pro varia itaq; mixtura dolor item variat, exsurgentibus simul flatibus plurimorum anxietatum causis , ex depravata, corruptarum particula- rum fermentatione.

In genere ergò medicamina acidum respiciant varie depravatum; Si verò bilis exsu- ret copiâ , necessariò præmittatur vomitorium, etiam aliquoties repetendum, si opus es- se duxeris. Postea absorbentia & temperantia exhibeantur, quæ rarefactam bilem acido ex- agitatam domant & infringunt, ac fermentum gas sylvestre exhalans coercent; talia sunt antim.

antim. diaphoret. oculi cancri, conchæ præparat. ac alcalina similia, opiatis combinata, & oleo cornic. arant. vel simili carminativo irrigata, v. g.

*℞. Oculi cancri.*

antim. diaphor.

margar. prop. ana. 3. 5.

Opul laudat. gr. ij.

olei caryoph. gutt.

misce, fiat pulvis pro dosi sèpius repetenda.

Siverò pituita simul viscida acriori bili junctatur, aromatica, incidentia, resolventia, carminantia & similia demulcentia & dulcificatoria nervina exhibeantur, inter quæ non infinitum sibi vindicat locum sequens

### Tinctura Carminativa.

*℞. Radic. calam. aromo.*

helen.

zedoar.

galang. minor.

cinamom. opt. ana. 3. ij.

cardamom.

bacc. lauri.

juniperi ana. 3. iiij.

sem. anisi.

fœniculi.

carvi.

cumini.

anethiana. 3. j.

Tg

flaved.

*Medici pres. seculo accommod.*

*flaved. cortic. arant. 3. 3.*

*flor chamom. rom. exsiccat. 3. j. 3.*

Concisa & contusa misce, & infunde in *Vini Malvatici* lib. viij. spir. vini lib. ij. stent in infusione loco calido per 14. dies, tum destilla ex M. B. excipiendo scorsim liquorem spirituoso rem primò egredientem, qui servetur pro menstruo ad extrahendam tincturam. Deinde porro excipe benigniorum aquam ad lib. ij. quam serva pro aqua carminativa.

Jam Recipe *Radic. calam. arom.*

*helen.*

*zedoar.*

*galang. min.*

*cinamomi.*

*cardamomi ana. 3. iiij.*

*flav. cortic. arant. 3. 3.*

*sem. anisi.*

*carvi ana. 3. iiiij.*

*crocii 3. ij.*

*baccar. lauri. 3. 3.*

Incisis & contusis superfunde

*spiritus prioris spirituosi lib. iiiij.*

Digerantur per tempus saepius movendo, postea filtra & adde

*Olei anisi.*

*fænic.*

*carvi.*

*arani*

arant. rec. ana. 3. fl.

caryophyll. 3. fl.

*spiritus salis armon* 3. iiiij.

misce & digere donec unita probe conspicias,  
tunc serva pro efficaci medicina, in quamplu-  
rimis affectibus, colica, torminibus hystericis,  
flatibus uterinis, vertigine & similibus, non sa-  
tis prædicanda.

Jam Rx. *Aqua fœnic.*

papav. errat. ana. 3. iiij.

sinclur. jam dicta 3. iiij.

conf. alkerm. 3. j.

laud. opiat. gr. v.

syr. fœniculi. 3. fl.

mf. de hac mixtura singulis horarum quadra-  
turis exhibeantur cochleatia ij. vel iiij. donec  
dolor cefset.

Vel Rx. *Aqua fœnic.*

menth. ana. 3. iiij.

cinamom. 3. j. essent. zedoar. 3. iiij.

conf. alkerm. 3. j.

*spir. salis armon.* 3. j. fl.

laud. opiat. gr. v.

syr. fœnic. 3. fl.

fiat mixtura.

Externè umbilico inungatur sequens.

Rx. *Olei N. Mosch. express.* 3. j.

carvi.

absynth. ana. 3. j.

Ziberhi. gr. v. misce.

Tt 2

Si do-

Si dolor contumax perstet sub horam somni adhibe seq.

Bz. land. opiat. gr. ij.

extract. zedoar. gr. iiij.

olei caryophyll. gutt. j.

misce fiant pillulæ.

Sic & hæc viliora sæpius dolorem abstulerunt, v.g.

Bz. Theriaca 3. ss.

cortic. arant. pulv. 3. j.

detur cum vino generoso calido supposito umbilico crusta panis assata, spiritu vini humectata, ac caryophyllorum pulvere conspersa.

Vel Bz. Cortic. arant. pulv.

semin. cumini ana. 3. ij.

castor. eleeti 3. j.

ms. fiat pulvis pro dosi, cum vino sumendus.

Quoniam nostri Galenici hic clysteribus multum tribuunt, & ad illos tanquam ad sacram anchoram configiunt, ut eorum benevolentiam captemus, unum vel alterum apponamus, ad cuius normam, infinitos alios poterunt fabricare: nos nullum adhibere præcipimus, docti, constringentes acido-austeras particulas, alvum obserantes, longè aliis demulcentibus indigere remediis, quibus destructis vel dulcefactis, obstructio alvi per se remittit, levi saltē adhibito purgante. Si tamen

tamen cui lubeat, sibi paret enema hoc vel si-  
mile, v. g.

Radic. alth.

fænic. ana. 3. j.

Fol. malv.

parietar.

Flor. chamomill.

melliloti ana. m. j.

sem. anisi.

fænic. ana. 3. j.

cumini.

bacc. laur. ana. 3. β.

coccygnth. in pet. 3. β.

Coque in f. q. aquæ, colatur æt. j. adde

olei lini 5. j.

balsami sulfur. succinat. 3. j.

camphor. 3. β.

miſce, fiat clyster, qui, si flatus adsint copiosi,  
repetitis vicibus injiciendus, brevi tamen in-  
teriectâ morâ.

Hic Cl. VVedelius notari vult, ut clysteribus  
carminativis olea destillata parcè indamus, ne  
acredine eorum dolor augeatur, cui facile ad-  
stipulamur, quia in sua resolutione sensilissimis  
acidis & piculis prædita sunt, quæ si humorem  
non inveniunt, intestinorum membranas ad-  
oriuntur & rodunt.

Ego sanè nullum colicum clysteribus vidi  
restitutum, quia hi mali aream nunquam at-

tingunt, in primis intestinorum viis fixam, & ibi ex maligna fermentatione exortam, nec tam à prava materiæ copia, quam inordinata fermentatione ex subtilissimis & acutissimis sèpè particulis inductam.

Interim à nonnullis pro experto audivi exhibitum hoc, v. g.

*R. Pulv. colocynth. 3. j.*

Ebulliat in petia cum brodii prunor. damascen. fl. j. Hoc detur pro enemate absque ulla additione, quod tamen haud diu retinetur, tunc verò subito injiciatur lac calidum sero cervino quam pingue factum. Detur etiam ægro de lacte isto bonus haustus.

Si tandem acidum rude rodens eò ægrotantem perduxetit, ut aucta bilis inflammatio ne, & ejusdem tandem subactione etiam membrorum contractura succedat, post sudorifera nobiliora, volatilia, confortantia, dulcificantia, tandem ad topica deveniat, hoc modo:

Membra contracta linteis asperioribus ad calorem confritcentur, tum spiritus tartari rectificatus alcalisatus probè infretetur, & post hæc oleum galbanetum illinatur, superposita radice symphyti majoris, in aqua ad pultem decocta, atque ita nulla contractura ex colica resistet, sed intra 14. dies ut plūtimum cessabit.

Vel

Vel intricetur optimè juncturis membrorum contractorum alumen plumeum, & superillinatur oleum spicæ juniperi & therebinthinæ, hoc extrahet rude in articulis contentum acidum, ut salis instar adhæreat, hoc verò ita continuetur per 14. dies, donec contractura ablata notetur.

---

## CAPUT XVII.

### *Alvi fluxus & sanguinis profluvii remedia considerat.*

**L**ugenda sanè corporis humani conditio, innumeris ærumnis stabilita, & haetenus intricata, ut etiam in minimis vix fides haberi certè queat, in primis si affectibus Galenico more traditis, & falsè explicatis, insistamus; & mirandum, in re adeò necessaria & ardua, hucusque à tempore Hippocratis substitisse Medicorum, in primis Galenicorum subtilitatem, cum tamen Hippocrates per acidum, amarum, & infinita similia, sufficientem subministrarit anam, in hæc certiora inquiringi fundamenta, ex quibus tandem certior partium activarum schematum doctrina, emergat, quæ sanè corporis humani

affectiones verius demonstrat, ex ipsis humoribus fecessum passis delatas, quam humores Galenico more considerati.

Quantum intra non multos annos emolumenti Medicinæ accréverit, ex hisce fundamētis, schematum scil. pervestigatione, commonstrant ex Neotericis Clatissimi Viri, qui, et si nondum perfectam affectu[m] furentur hujus doctrinæ scientiam; attamen, stimulum addiderunt ne in difficultissimis hisce animalium despondeamus, credentes ad exemplar Hippocratis per Dædalæam dextram omnes nostri corporis affectus facile demonstrabiles fore. Cautior enim Hippocrates ad gustus organon sua detulit qualia, ac varias, & intra & extra corpus, figuratum species esse docuit, quibus affectiones corporis advenire consueverint; si in eis partium activarum schemata acutiori lance trutinaremus, facile affectuum differentias metiri deberemus.

Principalis hic locus datur mixtioni, quæ temperie socia & figuris adversaria: hac suavi, hac justâ hominis innititur sanitas, dulci namq[ue] mixtione nutritur corpus, sive sit sanguis, sive lymphaticus, vel nerveus succus, hic enim per mille capillarium vasorum anfractus ita subtilisari & volatilisari debet, ut ejus, quem continet, saluum spiritus, omnem conspicuitatem, ac

ac schematisimi certitudinem fugiat, & fuget: Jam si hic contraria particularum separatarum acie dissideat, intestinus exsurgit motus simul dolorificus, & licet in dulci sanguine omnes latitent humores, illorum tamen quilibet ab hoc secretus, propria facultate prostat, & quantum de acido possidet, tantundem conspicuæ schesis exserit; Illud tunc est quod diversas in corpore nostro excitat tragœdias, pro diversa schematis constitutione, illud descendente de vertice catarrho nares excoriat, illud partes arthritide vexatas compungit, ac caloris sensum mentitur, mediante illo melancholicus succus lancinat colica prensos & distortos, biliosus vero dilacerat. Et annon hoc est, quo fermentum stomachi famem excitat; annon mediante hoc bilis cum lympham amicam vitæ ciet pugnam?

Sed hic lalentium saltem consideremus vitia, sic quænam spicula in propositis nostris alvi fluxibus se exserant, hic inquirendum jam esset: hic verò ejus, scil. acidi schefin variat vel admixta bilis, vel aliæ alcalinæ terrestres particulæ, diversis cibis implicatae, quæ pro diversa mixtura & textura affectum variant, si separato occurrunt acido.

Congeritur verò vitiosorum humorum contrariantium colluvies sensim in prima cor-

poris regione, vel illuc ad intestina ex arteriis vel criticè vel symptomaticè effunditur, ac intestina ad continuam stimulat excretionem: quandoque etiam accedens corrosivum fellis alcali ita corrodit intestina, ut gangrænam inducat, ubi tum sanguinem inficiens, & cor appellans, febremque accendens, mortem accelerat.

Sunt verò hîc alvi fluxus pro diversis humoribus varii, vel benigni aliis, vel maligni.

In aliis etiam vel plus vel minus unâ cum fæcibus alvi materiæ corruptæ excernitur, prout per venas lacteas plus vel minus transcolatur chylosæ massæ.

In aliis copiosa ejicitur serosa colluvies, lympha copiosa, & vitiosa existente.

In aliis bilis acris corrodens, spumansque accedit.

Alios alvi fluxuum humores, copiosum tингit acidum, quod simul dolores intensos addit.

Sæpius item ipse excernitur sanguis ex ruptis, erosis, vel alio modo apertis venulis intestinalis minimis.

Atque ita variat alvi fluxus, pro diversa acidi fæsi, ratione cuius varia scorbuti alia inducuntur mala, de quibus integri tractatuli protestant: sed cum omnis affectus acido corrupto

rupto ortus, scorbucus nobis sit, singularia ejus medicamina subministrare noluimus, comprehendentes omnia ea medicamina quæ scorbucis medentur affectibus, sub aliis quæ ex acido ortis specifica sunt, sive enim vocetur affectus scorbucus, sive affectus acido varie corrupto & alterato enatus, idem est.

In primo jam casu ubi chylus excrevit deprivatus, vel propter visciditatem, aut cruditatem à lacteis non receptus, tum præmissis chalybeatis, aromatisatis, antiacidis, evacuantia exhibeantur.

Si fluxus alvi sit serosus, tunc exhibitis prius evacuantibus leniter hydragogis, Jalapeis sericopia extrahatur: postea absorbentia, corroborantia, antiacida & leviter adstringentia propincentur, inter quæ sequentia conducent:

*R. Rhabarb. tost. 3. ij.*

*nuc. moschat. 3. ss.*

*land. opiat. gr. j. misce.*

*Vel R. Nucis moschat. num. j.*

*tormentill. pulv. 3. ij.*

*sacchari albi 3. ss. misce.*

& cum pane butyro non salito illito, exhibe.

*Vel in sequenti aqua propina, v. g.*

*R. Ag.*

*R. Aq. menth.*

*card. temperat.*

*perlar. ana. 3. j.*

*syr. cydon. 3. j.*

*extr. tormentill. 3. j.*

*conf. alkermes 3. j. misce.*

## Optime etiam conductit hic Pulvis Dysentericus D.F.H.

*R. Croci Martis adstring. 3. j.*

*C. C. usci preparat. 3. B.*

*rad. bistort.*

*tormentill. ana. 3. ij.*

*cinam. cl. 3. j.*

*sacchar. Saturni. 3. ij.*

*ms. fiat Pulvis, cuius Dosis à 3. j. ad 3. B.*

*Sic & ex re erunt externa, quale v.g. est seq.*

## Oleum adstringens.

*R. Radic. tormentill. 3. ij.*

*cortic. granat. 3. j. B.*

*fl. roscar. r.*

*balaust.*

*hyperic. ana. 3. vij.*

*mastic. in gran. eleet. 3. j.*

*Radic. Anchus.*

*sang. dracon. ana. 3. B.*

*olei oliv. recent. 1B. j.*

*vinirubri. 1B. B.*

In

In pulvarem grosse concisa, coque ad vini consumptionem, coletur tum, & servetur ad usum.

*Vel Rx. Olei Nucisæ.*

*mastic.*

*cydon. ana. 3. j.*

*absynth. deſt. 3. β.*

misce, hoc ventriculum roborando adstringit illitum ſæpius.

*Vel Rx. Theriac. q.v.*

*olei carminat. q.s.*

misce, pro Emplastro quod *Cl. Vedel.* admodum laudatur in alvi fluxu etiam dysenterico, torminibus, &c.

Si biliosus furor alvi induxit fluxum, ea obtundendo, concentrando, postea evacuando firmando & restinguenda, talibus, quibus inest facultas biliosum humorem tam fluiditate, quam acredine & acido haustâ, tumultuantem, stimulantem, contemperandi & demulcendi. Talia sunt infrigidante vi prædita, inter quæ hic martialis alcalina præstant, qualia modo supra de spleneticis tradidimus, ubi syrups chalybeatus, crocus Martis rite alcalifatus, & similia feligenda.

Si nulla singulari venenata acredine adhuc dum bilis infecta extet, sequentia etiam conducunt ſiptica, v. g.

*Emul-*

*Emulsio attemperans.*

*Rx.* *Sem. quatuor frig. major. ana. 3. ij.*  
*papav. alb. 3. iiij.*  
*amygd. d. 3. j.*  
*aqua è succocydon.*  
*folior. quercurus.*  
*plantag. ana. 3. iiij.*

fiat emulsio, cui adde

*aqua cinamomi cum vino cydon. 3. j. B.*  
*myracydon. 3. B*  
*misce pro 4. vel 5. dosibus.*

Externe Hepatis regioni potest applicari  
hoc vel simile.

*Rx.* *Farin. hord.*  
*carnis cucurbit. ana. 3. j. B.*  
*santal rubri pulv.*  
*fl. nymph. ana. 3. ij.*  
*aq. semper viv.*  
*plantag.*  
*violar. ana. 3. B.*

fiat cataplasma quod applicetur,

Si tandem acidi progressu bilis subacta, ac  
ipsa Dysenteria inducatur, & cruentus alvi  
fluxus, veletiam bilis nondum subacta, sed ab  
acido furiose agitata & spiculata malum au-  
geat; sequentia absorbentia, demulcentia,  
confortantia, bezoardica & similia conve-  
nient.

In

In hoc casu D. Hagendorf plures Dysentericos restituuisse asserit per generosa Bezoardica, v. g. tincturam Bezoardicam cum tinctura anodyna remixtam, sudore quoad possibile prolecto, post sudorem verò pulverem stypticum internum singulis 4. vel 6. horis, in potu verò ordinario cerevisia tenui, tincturam ter. ex Catechu cum anodyna remixtam ad 60. guttas quotidie exhibitam, maximi deprehendisse effectus, refert. Sic v. g.

R. Aq. menth. 3. iiij.

Tinct. bezoard. gutt. 40.

anodyn. gutt. xii.

lap. hemat. gutt. xv.

balsam. Q gutt. viij.

misce pro unâ vice singulis 3. horis repetendo.

### Pulvis stypticus internus hic est.

R. Pulvis Bezoard. veri 3.ß.

Catechu prepar. 3. iiiij.

pulv. anodyni 3.ß.

olei cinamom. gutt. j. misce.

Dosis 3. ad 3.ß.

Sic etiam has Pillulas anodynias dictus D.

Hagendorf admodum recommendat, v.g.

R. Catechu extract. & ad dimidias vel ultra evaporat. 3.ij

pulv.

pulv. anodyn. 3. j. misce, hisce addi quandoq;  
poterit

lapid. bezoar. orient. gr. j. vel. ij.

Dosis Pillularum 3. j. 3. ss.

Tinctura terræ Catechu fit, si pulverisatæ  
terræ affundas spir. vini tartarisi q. s. ac more  
solito extrahas & filtrés. Si tincturam evapo-  
ras ad siccitatem, habes terram Catechu opti-  
mè paratam, cuius pauca grana pro dosi suffi-  
ciunt, in omnibus alvi fluxibus, fluxu item  
mensium immodico, fluore albo, urina crue-  
ta, gonorrhœa & sanguinibus.

D. G. Mœbius hunc suum Pulverem Dy-  
sentericum admodum commendat, qui

*Pulv. lapid. hematit. 3. j.*

*C. C. cum antimonio usci.*

*croci Martis 3. ss.*

*magistr. coralior. cum succo citri facti. 3. j.*

*medulla lapidum. 3. j. 3. ss.*

misce, fiat pulv. cuius Dosis 3. j. 3. ss.

In dysenteria maligna addit spolia serpen-  
tum.

Dicti pulveres optimè cum seq. Syrupo  
propinari possunt, v.g. si fit.

### Syrupus Dysentericus è N. Mosch.

*Nucis moschat. condit. num. ij.*

*Vini Malvarici 3. iiiij.*

Con-

Contunde in mortario lapideo in pultis  
formam, postea expressum coque ad consi-  
stentiam syrapi.

Maxime item alii recommendant liquo-  
rem terræ sigillatæ, qui fit ex terrâ sigillata mi-  
nutissimè trita, assuso spiritu vitrioli correcto,  
quæ coagulata in lapidem quasi, in loco hu-  
mido solvuntur in liquorem dulcem adstrin-  
gentem, summum Dysenteriæ & fluxuum al-  
viremedium.

Tandem omnibus irritis, nihilque profici-  
entibus, vel parum saltem, D. Scharleton ad aci-  
dulas, tanquam ad sacram anchoram, confu-  
gere præcipit.

Si fluxus colliquativus Atrophiæ vel Hecti-  
ce comes infester, humectantia, infrigidantia  
& simul adstringentia, acrimoniamque sali-  
nam dylcificantia præsto sint, qualis est supra  
posita Emulsio.

Sic & hoc non potest non conducere, ad  
quod

Rx. Laetis recentis mens. j.

Nucis. mosch. incis. num. iiij.

gran. piper. nam. xvij.

caryophyllor. num. xv.

cinamomi 3. j.

cortic. quercus annosæ interior. 3. iiiij.

Incisa & contusa, coquantur donec una  
quarta pars decocta sit, tunc colentur, colatu-

V u

ram-

ram in quatuor divide partes<sup>1</sup>, unam propina mane, alteram hora decima, tertiam à Meridie hora quarta, quartam hora somni, & si hoc per aliquot dies recenti confecto lacte reiteretur, nulla nec diarrhoea nec dysenteria persistabit, si dolor maximam partem ablatus est, non admodum calidè hoc lac propinandum.

Quod clysteres attinet, quos hic Galenici magni faciunt, de eis *Cl. VVedelius* notat, non dari clysteres adstringentes, quia humiditate sua blanda, magis emollient, ac præterea omnis humor intestino recto infusus, ceu ipsi peregrinus, irritet & ad excretionem stimulet. Nisi illi potius ac redinis temperandæ, & corrosæ membranosæ intestinorum substantiæ demulcendæ & consolidandæ causa exhibiti, per accidens adstringant. Caveas verò ne oleosa acria, salina indantur, quoniam hæc consolidationem impediunt; Ex omnibus verò conductit lac cum sebo cervino calidè injectum, vel oleo amygd. d. commixtum, additis paucis balsami sulfuris guttuli, quale de colicis dedimus.

Insuper notandum circa adstringentium exhibitionem, ea singulis 5. vel 6. horis repetenda, quia eorum efficacia intra id tempus remittit, hinc non desistendum subito: Ac hæc nota omnibus alterantibus etiam adhiben-

benda, ac per tempus insistendum medica-  
mini, legitimè & ratione effectus adhibito, &  
justè parato, non pro more Pseudo - Medicor-  
um, qui hoc non statim juvante, subitò ad  
aliud transiliunt, unde non minimum produnt  
suam ignorantiam, nescientes quid præscri-  
bant, aut quid ordinare modo debeant.

Cum etiam sola adstringentia nimium in-  
viscent, & sola opiate nimium figant, hinc ea  
mediantibus aromaticis, absorbentibus, com-  
binavimus, quæ simul dulcificando resolvunt,  
actum omne intentum exsatiant.

Alios sanguinis fluxus, puto Hæmorrh-  
giam narium, uteri, Hæmorrhoidum &c. ru-  
spaturis, eadem obveniunt acidi spicula, quæ  
supra alvi fluxus fabricare audivimus, sed di-  
verso agendi modo, & actionis loco. Ortus est  
ex acido acri, oleoso, & volatili admodum al-  
calisatæ bili occurrens, & quo inculpata magis  
& sincera hæc sunt, tantò magis ad fervorem  
nata eundem excitant; ubi si bilis renuit, tam  
profundos ei infigit acidum aculeos, ut etiam  
sponte ad pugnam excitetur. Accedit sæpius  
lymphæ copia & exsuperantia, quæ dictam  
contrariantium pugnam optimè promovet,  
quo eo facilius & levius in se invicem impin-  
gant.

Vu 2

Huc

Huc itaque spectant remedia quæ serum redundans exhauriendo, & bilis ferociam ab acidis spiculis impressam, infringendo, Archeum turbatum pacant, & quietem sanguini imperant: talia sunt incrassantia, spiritus exorbitantes concentrantia, adstringentia, opata, & similia absorbentia, & imbibentia.

Si serum copia peccet plus solida, quam liquida conducunt, v.g.

*Rx. Oculor. cancri.*

*corall. r. ana. 3. β.*

*croci Martis legitimè parati solubilis gr. viii.*

*terracatechu preparat. gr. v.*

*laud. opiat. gr. j.*

misce pro dosi sæpius reiteranda.

Quæ tamen ut eò citius opem ferant, cum liquidis propinari possunt, v.g.

*Rx. Decoct. hordei. 3. iiiij.*

*aqua plantag.*

*sperm. ranar. ana. 3. iiij.*

*sem. melon.*

*cucumber.*

*papav. alb. ana. 3. iiij.*

*glandium immatur. num. ij.*

*amygd. d. excort. 3. j.*

fiat emulsio, cui addesi lubet.

*tinctur. lapid. hematic. gutt. xx.*

*anodynæ gutt. v. iiij.*

*manus Christ. perlata. 3. β.*

mis. pro 2. dosibus, sæpe reiterandis.

Ex-

Externe Hepatis regioni, & testibus applicetur hoc epithema, v.g.

R. Aquanymph.

plantag.

sperm. ranar.

cichor. ana. 3. ij.

samphor.

sacchari Saturni. ana. 3. ij.

aceti bezoardici 3. j.

misce, hoc tepidè linteis triplicatis, quadriplicatis, dictis locis, pulsibus item, nuchæ &c. adhibetur.

Vel R. Boli armeni.

terra sigillat.

sang. dracon. ana. 3. j.

album. ovi.

succi plantag.

aceti bezoardici ana. q.s.

fiat cataplasma fronti applicandum, vel vertici.

Höferus in suo Hercule Med. certius medium non inveniri posse refert quam aquæ frigidissimæ, vel aceti, subitaneam adnucham applicationem vel affusionem.

Vel R. Pulveris sponnioli ex oculis nigri facti, 3. ff.  
aluminis crudi.

vitrioli ad rubed. calcinat. ana. 3. iij.

gallarum immatur. pulv. 3. i. ff.

misce, hoc gossipio exceptum applicetur oculis venarum sanguinem stillantium, in hemorrhoidum, uteri, & aliis sanguinis fluxibus.

*cum spermate ranarum, alumine conser-  
vato, fiat cataplasma fronti & Hepatis regio-  
ni applicandum.*

*Vel in hæmorrhoidum fluxu nimio, spon-  
giâ, atramento ex gallis, & vitriolo parato in-  
tincta, applicetur ano & intrudatur.*

*Aut axillis supponatur Emplastrum ex bu-  
fone supra de Bezoardicis descriptum, vel bu-  
fo integer exsiccatus, & cessabit ac remittet  
narium hæmorrhagia.*

*Plura, si immoderatus calor ex nimia bilis  
volatilitate, vel febri ardenti accedat, supra  
quære de Hepaticis vel infra de malignis febri-  
bus. Ubi tamen hæmorrhagia est critica, &  
nisi copioso effluxu vires prostrerat, non impedienda.  
Econtra si est morbosa de qua egimus,  
statim in principio succurratur, & si cir-  
cumstantiæ ferant etiam vena secetur brachii  
reiteratis vicibus intra aliquot horas, modera-  
tè tamen, ut si opus requirat, reiterari  
queat.*

*Tandem omnibus parum proficientibus,  
martialia vel acidulæ rem expedire, supra ci-  
tatus D. Scharleton afferit, non dissentiente  
*Lovvero* vindicat. pyretol. *Vallis.* pag. 18. ubi  
exemplum producit puellæ per sex annos hæ-  
morrhagia afflæta, sed martialibus tandem  
curatæ.*

*Inte-*

Interim *Rulandus* mirum quantum recom-  
mendat stercus porcinum recens calidum  
odoratum , quod in momento sanguinem è  
nare stillantem coagulare asserit.

*Riverius* oxycratum per nares frequenter  
attractum commendat. *Mindererus* verò  
aquam sperm. ranar. cum alumne mistam , &  
errhini instar usurpatam laudat.

## CAPUT. XVIII.

*Nephritica per tractat.*

**H**AETENUS stat Neotericorum sententia,  
calculosæ concretionis causam spiritui  
lapidifico debere ortum , in quo verò hujus  
spiritus formalis consistat essentia , huc usque  
ignoratum mansisse & intricatum , testatur  
Ammannus , cum nemo ferè dispositionem  
lapidificam eradicare valeat ; modumq; igitur  
fiendi demonstrari facilis , quam ipsum  
calculum removeri , & vanam omnem esse  
hujus confectionis vel fabricationis scientiam ,  
sine experto remedio exclamat.

Verum est & dolendum sanè , quod rudi-  
dis admodum sit plurimorum ferè & ma-  
gnorum affectuum notitia , ac verus , &  
sciendi , & curandi methodus. Interim non

despondendum animo, in difficultimis, si modo liberet particularum ætivarum per vestigare figuræ, sanè illustre cognoscendis morbis conferretur emolumentum. Hic verò acidus consulendus est spiritus, cui perpetua inest & agendi, figurandi, & coagulandi aptitudo; modum & rationem concretionis calculosæ in Macrocosmo, intelleximus acidum volatile expeditioris coagulationis esse causam: hujus etenim celeritas, angustos expeditius pervadit meatus atque ipsis interceptus firmius hæret, & durius efficit corpus, non secus ac si in fodinis nonnullis reperti lapides scissiles, Æter expositi, & mollia è fundo matis extracta corrallia, aëris acido volatile indurescunt & lapsedunt.

Talis volatilis acidus spiritus conveniens est calculosæ concretionis efficiens, si oleo jungatur, quia hoc aquæ dissolutionem repudiat. Oleum verò, bilis suppeditat, alcalinum volatile, quod diversis in locis acido volatile occursans, cum eo copulatur, in maximum sanitatis humanæ detrimentum, atque hinc corpus humanum non uno in loco calculis infarcitur. Si in folliculum fellis dictus irruat spiritus, inibi calculus proculdatur. Si verò cum lympha ad renes deferatur secret⁹, vel ibi saltem secedat, & particulis alcalisatis oleosis è bile adductis

occurrat, arenas fabricat; ubi tum vitiatum  
renum fermentum calculi coercet semina, cu-  
jus tamen prima rudera non ita cohærent,  
quin facile dissolvantur, cum crudiores ad-  
huc sunt rubicundæ istæ particulæ & immatu-  
riores, quam coguli albi.

Si oleorum alcalinorum facilem cumaci-  
do volatili concretionem percipere haud pos-  
sis, perpende succini & aliorum resinoorum  
qualia, tibi dabit expedita analysis, ubi spiri-  
tum, sal volatile, & oleum simul obtines.

Nullum verò adæquatius habitaculum, oleo-  
sis, volatilibusque designari posse, bile, in bo-  
bus demonstrat fellis cystis, hyeme calculis  
frequentius turgida, nunquam vero illorum  
vesica eis repleta, quitum tempore verno esu  
graminis curantur rursus, quia ex eo in pro-  
prio domicilio medelā inveniunt: quod verò  
in homine remotiores etiam infestentur par-  
tes, secus ut jam de bobus dictum, calculosa  
concretione, rectificationibus, volatilioribus  
que adscribendum est humoribus & spiritibus.  
Atq; hinc stat assertio, Biliosos, calculosæ con-  
cretioni admodum esse obnoxios, assidente  
*Cl. VVilb. ten Rhyne* qui asserit, se plurimos in  
icterum pronos, calculo obnoxios, eosque jam  
ab eodem vel in urinæ aut in fellis vesica infe-  
statos advertisse: atque hæc est calculi genesis.

spirituosis inducta; ab hoc si acidulum & volatilem spiritum destillatione extrahas, & rursum restanti materiæ calculi adhuc formiam, non verò firmitatem referenti, reaffundas, pristinum resarcire duritiem *Tackenius* referr.

Hisce jam ex causis enatus & concretus calculus, simili indiget solvente, quia solvens cum solvente ejusdem esse debet naturæ, exemplo à gummatibus, resinosis & similibus, et iam ex minerali regno desumpto, ubi nulla contraria contrariis, sed similibus semper solubilia vidimus; Cum itaque hic primarius petrificationis. Author fuerit acido-volatile, simili iterum volatili acido solvente destruendus erit. Talis est spiritus Nitri volatile, qui omnem ferè in destruendo calculo absolvet paginam, sicuti jam supra de diureticis pluribus hæc pertractavimus.

Interim sequentia hactenus laudata fuere, quæ sæpius opem tulerunt in leviori nec dum coagulato & fixo malo.

Respicunt verò in genere Medicamina hæc coaguli resolutionem, & coagulatoris destructionem, vel jam factam, vel in fieri, & vel copia, vel acrimonia membraneum sensile genus pungendo, rodendo, inflammando  
vel

vel irritando & ad continuam excretionem stimulando, nec tamen quid excernendo.

Si concretio sabulosa sit in sieri, & renes ob depravatam innibi contrariantium pugnam infestentur, pungantur, inflamentur serumque detineatur à coagulatore, quod nos vulgo Nephritidem vocare consuevimus, tum convenienter diluentia, simul resolventia, demulcentia, dulcificantia & similia, quæ sequentibus formulis comprehendimus.

Inter quæ liquida expeditius rem perficiunt,  
v.g. fiat tale vel simile Decoctum.

R. Cicer. rubr. 3. ij.

sem. violar.

papav. alb.

dauci.

malvae ana. 3. 8.

baccar. juniperi 3. j.

fruct. alkekeng. num. vi.

glycyrrhiz. rasa. 3. 8.

Coque inf. q. aquæ perosel. & fontan. ana. p. q.

Colatura 1lb. ij. adde

syr. de quinque radicibus.

misce, bibat de hoc Decocto æger ter de die,  
instillatis semper spirit. nitri volat. dulcis  
gutt. vj.

Vel fiat talis mixtura omni inser-  
viens scopo.

R. Aquæ

*R. Aquæ petrosel.*

*fragar.*

*saxifrag. ana. 3. j. R.*

*fœnicul.*

*cinamom. ana. 3. R.*

*spir. alkekeng. 3. ij.*

*confect. alkerm. 3. j.*

*laud. opiat. gr. v.*

*syr. de alekha Fernel. 3. R.*

*spir. nitri volatil. 3. j. vel salis succini vol. 3. ij.*

misce, de hac mixtura dentur singulis hotis 2.  
vel 3. cochlearia.

*Vel R. ol. amygd. d. 3. ij.*

*aq. raphan. maj. 3. iiiij.*

*petrosel.*

*gener. vini albi ana. 3. iiij.*

*spir. salis volat.*

*thereb. ana. gutt. v.*

*succi limon. num. v.*

misce pro 2. dosibus, si enim prima dosi non  
cesset dolor, post tres horas altera dosis exhibeatur,  
& dolorem verissime cessare Lemeri  
communicat.

### *Velfiant sequentes Aquæ, v. g.*

*R. Fragor. rec. mens. 4.*

*baccar. alkekeng. 1b. j. R.*

*rad. raphan. maj. ras. 1b. ij.*

*semin. Dauci vulgar. 1b. R.*

*succi betula mense Martio collect. 1b. xxiiij.*

mixta destillentur per M. B. Hujus aquæ dosis  
est

est ab ȝ. j. ȝij. cum syr. de althæa, spir. nitri dulci &c.

### Velfiat talis D.G.R.

R. Fragor. matur. lib. iiiij.

Vini Malvatici lib. iiij.

aq. juniperi lib. j. fl.

petrosel. ex radicibus lib. ij.

Heder. terrestr.

radic. saxifrag. alb. ȝ. j.

nuc. persic.

cera or. contus. ana. ȝ. vj.

Stent in infusione vase clauso per mensem,  
postea destilla & serva.

Dosis est à cochleari uno ad iij. vel. iiij. tempore matutino, tam ad præservationem quam curationem.

Si fortior inflammatio simul febri similes inducat paroxysmos, & sitis excruciet, fiant, v.g. tales

### Emulsiones.

R. Sem. 4. frig. Major. rec. ana. ȝ. iiij.

papav. ȝ. j.

nucleor. persic. ȝ. j. fl.

Decocci hordei cum semine dauci facti ȝ. vj.

Aqua petrosel.

liquoris betule destill. ana. ȝ. j.

Fiat Emulsio, cui adde

syr. de althea Fernel. ȝ. j.

spir. Nitri dulcis gutt. aliquor  
mis, pro 2. dosibus.

Vel

*Nuc. persic.* 3. j.

*sem. violat. purp.*

*dauci.*

*saxifrag.*

*genista ana.* 3. iiij.

*Aq. petrosel.*

*saxifrag.*

*ononid. ana.* 3. iiiij.

fiat emulsio, cui adde

*syr. violarum.*

*de alth. Fernel. ana.* 3. vij.

*spir. Nitri dulcis volat.* 3. j. B.

misce pro 5. dosibus.

Helmont admodum recommendat liquorem betulæ , extractam è betulâ vulneratâ. mense Martio, circa tempus, quo solet vulnerata vitex plorare novellum liquorem; eum verò colligere jubet ex ramo crassiori , ad semidiametrum vulnerato, indita vulnerilana, quo servetur apertum vulnus, atque ex hoc stillantem succum subacidulum non ingratum excipere, lithiaseos insigne solamen. Meraciorem verò è superioribus ramis, quam propè truncum, effluere testatur.

Huc succum etiam laudat Cl. F. Hoffm. unius aut alterius cyathi portione poculo cerevisiæ benèlupulatae associatum , & mane propinatum, ac effectus ad calculi præservationem adeò optabiles & generosos esse assert,

rit, ut vix ulli antinephritico palmam cedat, & dysuriis etiam & stranguriis senum medeat-  
tur. Calorem item jecoris è bile nimis vola-  
tili acri mitiget , ac incantamenta etiam  
solvat.

Semen Dauci etiam Cerevisiae incoctum,  
& pro potu ordinatio bhibitum à lithiasi præ-  
servare dictus *van Helmont* habet.

Huic & optimè referuntur absorbentia , al-  
calina , quæ coagulatorem in sua actione in-  
terturbant , & ita coagulum destruunt : talia  
sunt sequentia.

*R. Oculor. cancri.*

*sperm. ceti ana. 3. fl.*

*salis volat. succini gr. v.*

misce pro dosi sèpius repetenda.

*Vel R. Sem. cynosbatti. 3. fl.*

*oculor. cancri.*

*nitri purissimi ana. 3. j.*

misce Dosis 3. j.

*Vel R. Oculor. cancri 3. j.*

*salis. volat. succini. gr. vj.*

*opii laudati gr. j.*

mis. pro dosi.

Si enim dolor sit intolerabilis , & bilis acri  
volatilitate excedat , adde dictis pulveribus  
unum vel alterum opii laudati granum , quo  
Archeus iratus quiescat.

*Vel fiat tale Malvaticum Nephriticum,*  
*quod*

688 *Medici presenti seculo accomod.*

quod dolores expeditissimè solvit, & urinam  
retentam ciet.

Rx. *Opii calcinatione levi correct. 3. ij.*  
*salis tartari 3. ij.*

*optimè tritis superfunde mensuram vini Mal-*  
*vatici, post 2. dies macerata filtrantur, cuius*  
*dosis cochlear.j.*

Externè ad mitigandam inflammationem  
sequens conductit

### *Oleum infrigidans.*

Rx. *Sperm. ranar. q. v.*  
coque cum s. q. olei olivarum: expresso oleo  
infunde.

*Flor. violar. martial.*

*nymphæ.*

*flor. sambuci.*

*solani.*

*hyosciam i ana. pro lubitu.*

stent per æstatem in Sole. Postea decoque &  
exprime; & ad usum serva.

Vel Rx. *Sperm. ranar. siccat. & pulv. 3. ij.*

*axung. serpent. 3. j.*

*olei scorpion. 3. 8.*

*sacchari Saturni 3. j. 8.*

*camphor. 3. j.*

*ol. caryophyll. gutt. viij.*

misce pro linimento.

Vel camphoram spiritu acido solutam, &  
redu-

reductam , cumque axung. humana in lini-  
mentum redactam illine.

Interea etiam coagulatoris impetu fracto,  
intermedientur leviter abstergentia & expel-  
lentia qualia sunt therebintinata, v.g.

Recipe therebint. cypria ad siccitatem inspissat 3. j.  
pulv. radic. ireos flor.

oculor. cancri ana: 3. j. β.  
extract. liquirit.

sympht. ana. 3. β.  
balsami Peruviani 3. j.

salis volat. succini 3. j. β.

misce fiant Pillulæ Dosi 3. j. vel 3. R. exhibendæ.

Vel therebinthinam cum manna vel oleo  
amygd. dulc. propina , & res facta erit sicut  
Walæus habet.

Tandem etiam martialis, acidulæque ad-  
modum convenient Heurnio teste, de quibus  
vide Diuretica.

Si Renes copioso crudo pituitoso humore  
infarciantur , externa etiam convenient le-  
nientia , ut sunt balnea, cataplasma, & simi-  
lia , calore suo moventia , & torpidum Ar-  
cheum vel tenum fermentum excitantia : ac-  
que his saepius tanta & efficacia, ut per acci-  
dens etiam calculos excernant. Tale potest  
esse sequens vel simile.

R. Radic. alth. 3. ssij.

Fol. malv.

parietar. ana. m. 3. j.

origani.

calaminth.

artemis.

petroscelin.

rorismarin. ana. m. f.

sem. lini.

fænugr. ana. z. iiij.

furfur. hordei. m. ij.

Incisa & sacculo inclusa coquantur in aquâ pro Balneo.

Post Balneum oleum therebinth. succini, vel simile probè infretetur.

Si verò in Vesica hæc calculosa hæreat concretio copiosa, ac urinam præcludat, imponatur abdomini simul cataplasma ex allio vel cæpis cum baccis juniperi rec. contusis.

Velin hoc casu Recipe capar. allii num. x.

raphani armorac. z. ij.

baccar. juniper. z. j.

contusis affunde Vini Malvatici lib. j. stent per aliquot dies, postea de eo sèpius exhibantur aliquot cochlearia.

Sidenique eò malum progrediatur, ut calculus concretus extret, tunc spiritum Nitri volatilem consule, si hincil solvit, debita & repetita exhibitione propinatus, lithotomia in auxilium vocanda. In hoc etenim casu cavendum ne pellentibus utaris, quia ea calculum in ure-

ureterum angustias pellunt, ac ita malum augent, in primis si tantam jam habet calculus magnitudinem, ut expelli amplius nequeat.

Notetur item, ubi calculosa concretio in vesica haeret, ut, si topica exhiberi debeant, ea umbilico applicentur, quia tum ob consensum vasorum umbilicalium optimè stimulat. se olea destillata urinam, expertum est.

---

## CAPUT XIX.

### *Arthritica ministrat.*

**S**i in aliquo, certè in hoc corporis actu maximoperè datur locus querimoniae de varia & depravata mixtione contrariantium activorum, & admirandum sanè naturæ arcanum, quæ unico instrumento efficit contrarias, & diversas operationes, solvit & coagulat, generat & corrumpit, nec solum in animali, sed in omni regno.

Idem ventosus sive volatilis spiritus acidus, qui alibi humores solvit, eos hic ligat, idem qui in nephritide & conficiendo calculo vesicæ, reliquarum quodam-

modo partium considerationem habebat, hic  
eo insolentia procedit, ut nec unicæ vix cor-  
poris partis respectum habeat, sed hoc simul  
& illud impugnet. Hinc tanta ejusdem, licet  
in diversis partibus, cognatio; ex hinc Hypo-  
chondriaci, Nephritici, Arthritici, ferè frater-  
no semper sodalitio junguntur.

Horum affectuum causam Galenici fabulo-  
se, humoribus adscribunt, alii ab Hepate, alii  
à Liene eam deducunt, alii intra, alii extra ve-  
nas eam quærunt, alii alia somniant: hinc Po-  
dagricorum infelicitas, qui ignorata sui dolo-  
ris causa & fiendi modo, frustra medelam  
quærunt. Nos eam brevibus declaramus.  
Causa principalis est acidum volatile, secre-  
tum à suo corpore, figurata sua schei lædens,  
& partem quam secretum irruit, dolore & ca-  
lore vexans, & tandem accedente idonea ma-  
teria, ῥophos producens & calculos. Causa se-  
cundaria est oleosa alcalina sanguinis pars, vel  
magis vel minus volatilis, acido occurrens & ei  
materiam ministrans. Horum ortus in prima  
digestione inquirendus, quæ si depravata, cru-  
ditates continuas transmittit, dulci mixtioni  
ineptas, & spirituum subtilium & volatilium  
confectioni inidoneas, hisce ærumnis pabu-  
lum præbet, & conficit.

Nuttius enim succus per mille capillarium

va-

vasorum anfractus ita subtilisari & volatilisari debet, ut ejus salis spiritus omnem conspicuitatem & fugiat & fuget. Si verò in hac sua perficiendi actione turbatur, & vel non perficitur, vel perfectus heterogeneorum accessione secernitur, dulcis subitò perit mixtura. Tripli-  
cem verò hunc cum *Cl. VVlb. ten Rhyne* con-  
cipimus secessum spirituum, & dulcis mixtu-  
ræ discessum. Primò, cum heterogeneum  
corpus, propter miscentis spirituosi absentiam  
in partes sui integrantes secernitur. Sic si spi-  
ritus ex sanguinis massa discedunt, tum vel bi-  
lis in lympha exsurgens pulsatilem incendit  
inflammationem, vel secedens lympha aut  
transudans serum articulorum juncturas lan-  
cinat, vel oleosa bilis continuum ardorem per  
sanguineam spargit massam, &c.

Secunda secretionis species est particula-  
rum magis simplicium & subtilium, quando  
cædem, ex dulcificantium discessu in sui pri-  
ma conspicua & lædentia; ut si bilis in defla-  
grans oleum, & adustivum alcali &c. sece-  
dunt, & hæc secretio priori similis est. Ter-  
tium secretionis membrum his binis contra-  
rium, sanis accidit, & minima concernit spi-  
cula, quæ quo majorem sui patiuntur disces-  
sum, eo minus conspicua fiunt, sed subtilisata  
magis mixtionem & temperiem inducunt, &c.

omnis motus causa fiunt. Hæc secretionis species in corpore naturaliter constituto, si interrumpitur, prioribus ansam dat, & mixtionem perficiendam deserit, ut tum cruditatibus inductis spiritus ad secessum disponantur.

Si hæc planè à primo ortu inducta velimus ruspari, Ventriculus præsto est, qui primam suppeditat hujus actionis aream: Hic si obruatur sensim nimiis quam par est, pro cuiusque ventriculi constitutione & fermenti fortitudine, cibis, vel quanto, vel qualia, peccantibus, tum stomachalis irritatur fermentatio, & si tum stomachus non sufficit digestioni, hujus oneri sublevando inhiant spiritus animales, qui verò tunc ipsi delassantur, & dissipantur, & fit sensim depravatus chylus, & ex hoc sanguis, animalium spirituum elaborationi inceptor, hinc corporis, mentisque segnities inducitur.

Vegetiores enim esse debent spiritus, qui Ventriculi fermentum temperant, ne quod subacescere debet, in Austerum degeneret, & præsentem morbi sigat radicem, cuius præambulo, Universalis lassitudo est, & extreorum pondus. Inspissat enim Austerum, quia crassæ ejus particulæ superficiem lambunt, nec tamen penetrant, quia in iis à circumfe-

ren-

rentia ad centrum movetur subtilis aët sive tenuissimæ particulæ, cujus comes tunc frigi-  
di sensus est, non à frigore tanquam cau-  
sa facta, sed à dicto motu inductus, quo  
relinquuntur externè crudiores particulæ, &  
subtiliores introrsum migrant.

Austerum hoc, quod ab immaturo pro-  
diit acido, si cum sulfure combinetur, prodit  
sapor acerbus; Sicuti fit in corpore, si incon-  
costa crudior bilis, crudo acido, oleum  
crassum involvit; Et si tunc hæc sanguini-  
ni miscentur, inde tum tales resultant spi-  
ritus, qui in cerebro rabiem, in thorace  
morsus & anxietatem, in extremis partibus  
Podagram frigidam, si ita vocare lubet, indu-  
cunt. Vel affectioni Hypochondriacæ cum  
suis symptomatibus ancillantur, ac tormina,  
statusque ventris, strangulationes uteri, fau-  
cium & similia contrahunt: Et si tales semper  
producuntur animales spiritus, quales hu-  
mores sunt, oritur tandem inordinata ef-  
fervescentia, internorum sensuum per-  
turatio, & ex eorundem defectu languor to-  
tius, sequente totius Oeconomiæ quiete  
& immobilitate, contractura, & mor-  
te. Hæc est Podagræ vel Arthritidis fabri-  
catio, à crassioribus inducta particulis,  
cui non absimilis est altera species, nisi

partium subtilitate, quando bilis copiosa volatilis alias sincera, ab acido inquinato volatili in fervorem adigitur, & seculum facere cogitur, ubi tum locus in quo talis instituitur actio conflagrare videtur, & tandem tophis repletur, exsiccata simul sinovia, ex lymphæ in extremitis partibus defectu: hac ut plurimum biliosi & vino generoso assueti, notantur, & infestantur Podagrâ; tales semper iracundos observes, nulla etiam datâ causâ, quia jam bilis acredine, ex acido volatili haustâ, & disposita, semper est & manet in motu.

Tales item Nephriticos observavi & calculo notatos simili ex causa semper iracundos: Non enim hi affectus multum differunt nisi loci ratione.

Ex præmissis causis inducta Arthritis, Podagra, Nephritis, sequentibus indiget remediis, scil. primo evacuantibus per alvum, postea Diureticis. Diaphoreticis, quæ nobilissimos præstant usus, item aperientia martialia anti-acida, absorbentia, dulcificantia & similia.

Ante omnia vero diæta imperanda, ne dicto igneo, spirituali volatili acido pabulum præbeatur, vel crudiores acidi particulæ augmententur, promoteanturque.

Acidi igitur cibi, citra delectum, ac inconsideratè minimè sumantur. Ex omnibus vero ratio-

ratione potus vina vitentur, præsertim quo-  
rum spirituosa aciditas, qua in acidum ten-  
dunt alcali, superat, prævaletque; idem judi-  
cium esto de cerevisia veteri spirituosa, velaci-  
dula aut vinosa.

Horum loco bibat Podagricus quam sim-  
plicem spiritu Nitrī volatili dulci, vel succo li-  
monum & paucō sacchari alteratam ad gra-  
tiam. Hæc namque acida plus coagulatoris  
destructioni, quam promotioni apta sunt, se-  
çus, quam ea quæ fermentando saltem acidit-  
atem promunt, ut sunt omnes fructus horatii,  
diversique cibi, hæc enim naturali labore in  
acetum tendentia, differunt ab eis quæ jam  
perfectionis metam attigerunt: nam illud  
quod in via est, & tacite ad aciditatem seu fi-  
nem tendit, loca illa quæ fermentabilis ille  
acor penetrat, inquinat ac inficit. Hoc verò  
perfectum volatile dulce acidum non, sed  
hoc subtilissimis suis spiculis obstructiones re-  
serat, tenacem hostem incidit, volatile natu-  
rale acidum confortat, coagulum dirimit, &  
putrefactivum acidum destruit, quod alias  
longa dierum serie naturali cum fermento  
mutuas conformasset scheses.

Jam medicamina consideraturis primò se  
offert evakuatio, in primis ubi aido - austeri,  
æruginosi, acerbi huinores malum adduxe-  
runt,

runt, quoniam verò hi purgantibus minimè auscultant humores, acido nondum infracto & debilitato, hinc prius absorbentia, ut sunt oculi cancri, propinentur, horum enim pulvis magnetis instar acre istud æruginosum attrahere. *Cl. Tackenius* refert, quod tunc post horam exhibito vomitorio etiam leni ejectum, ægrum aliquando plane, vel ad tempus saltem liberasse afferit. Hoc enim medio, acidum adulterinum peregrinum, æruginosum, acetum, vel vario alio modo alteratum & vitium liberatur, ut tum facile auscultet vomitorio; hoc præmisso; si attamen dolor Podagræ irruat & excruciet, statim ad compescendos cruciatus animus est applicandus, relictis aliis intensionibus, donec carnificina cesset, duplii tamen observata intentione, scil. respectu igneæ biliosæ, vel Frigidioris Podagræ, vel arthritici doloris causæ.

*Si enim à crudiori, acerbo, austero acido, dolores hi arthritici, Podagræ, catarrhales convehantur, sequentia convenienter topica alcalica, absorbentia, dulcificantia, sulfurea, oleosa, & similia quodammodo siccantia & roborantia. Inter quæ primum locum obtinent spirituosa volatilia, qualis est, v.g. seq.*

*Spi-*

## Spiritus Arthriticus.

*Ez. Spir. lumbric. terrestr. 3. vij.*

*cochlear. 3. iiij.*

*Formicar. 3. ij. 8.*

*salis armoniaci. 3. 6.*

*castorei. 3. 8.*

*croci. or. 3. 8.*

*camphor. 3. ij.*

*Opii. 3. 8.*

misce, digere per aliquot dies, postea filtretur  
& servetur.

*Vel R. Aquae Anhaltin.*

*Spir. lumbric. terrestr. ana. 3. vi.*

*salis armon. 3. iiij.*

*Essent. succini. 3. ij.*

*oastor. 3. 8.*

*pini. 3. j. 8.*

misce.

*Vel R. Spir. lumbric. terr. 3. ij. 8.*

*salis armon. 3. ij.*

*cochlear. 3. j.*

*sapon. venet. 3. 8.*

*camphor. 3. iiij.*

*Opii. 3. 8.*

*croci. 3. 8.*

mista digere per aliquot dies, postea filtra &  
serva.

*Vel R. salis succini volae.*

*Spir. salis armon.*

*olei macis destill. ana. 3. j.*

*spir. vini rectificatiss. 3. ij.*

*digesta per aliquot dies serva.*

*U*lus harum mixturarum insignis admodum est, si probè dolenti infricentur patti.

Sic & sequenti modo acquiritur insignis

### *Spiritus Antipodagricus.*

*Bz. Salis tartari aceto destill. imprægnati.  
calcis vive. ana. 1b. j.*

Ab his spiritum vini q. s. aliquoties abstrahere, tunc adde

*Silicum cum sale tartari calcinatorium 1b. j.*

*salis urina volat. 3. iiiij.*

*camphora. 3. iiij.*

misce omnia, ut fiat massa sicca, si non sufficiat calx viva, adde tantum silicum pulv. q. s. tum retortæ immissa destilla per gradus, ultimo fortissime, maximo adhibito recipiente, & prodit liquor in dolore Podagrico summæ efficaciz.

Convenit item optimè spir. vini camphoratus, præsertim à rore marino rectificatus & cum spir. salis armoniaci remixtus.

Sic & multi recommendant applicata Vescicatoria, quale est illud *B. Clodii*, quod

*Bz. Cantharid.*

*piperis.*

*caryophyll. ana. q. v.*

*fermenti acerrimi. q. s.*

*cum*

cum spir. vini fiat pulmentum quod dolenti  
loco prius spiritu vini humectato impositum,  
& per tempus relictum, vesicam excitando,  
attrahit acidam doloris causam.

*Si dolor Podagricus igneum fellis alcali, &  
resolutum ejus acidum pro causa habeat, plus  
temperata alcalica conducunt, qualia sunt se-  
quentia, inter quæ excellit hoc*

### *Sperniolum.*

*Ex. Sperm. ranar. sponte resoluti & beneficio salis  
armontiaci asservati. lb. iiiij.*

*sperm. ceti. 3. iiij.*

*camphor. 3. j.*

*thuris.*

*mastic. ana. 3. ij.*

*croci. 3. 8.*

Mixta serventur in lagenis vitreis loco fri-  
gido, hæc externè applicata mitificè igneum  
ardorem mitigant, & in hæmorrhagiis etiam  
quibusvis insignes præstant usus.

Alias sperma ranarum Luna decrescente &  
brevi ante novilunium collectum, & ex bal-  
neo ad siccitatem destillatum, aquam suppe-  
ditate alcali insipidi ditissimam, *Cl. Tackenius*  
in suo Hippocr. chym. mechanicè docet.  
Hancque tepidam cum lineis pannis applica-  
tam, igneæ podagræ optimum esse refrigeriū.

Hoc

Hoc tamen notandum, ne, ut multi suadent, aquæ addatur alumén, quia hoc adstringendo poros cutis claudit, & tum impedita dia-phoresi dolorem augmentat, quod etiam *Hil-danus* confirmat, ubi alumén podagricis ini-micum monet: At multo melius podagrico consules si aquæ prædictæ alcali, acuaveris urinæ alcali, ea proportione, ut inflammatam dolentemq; partem applicata aqua non pungat, quod lingua explorati potest; hocmodo alcali urinæ, hujus aquæ alcali associatum, & tepide triplicatis linteis fomenti loco applicatum, attrahit aciditatem ebullientem, & dolorem maximè lenit.

Ex hoc fundamento paratur ex tempore aqua absorptiva, absque destillatione, sed sim-plici saltem salis armoniaci & salistarci mix-tione, & aquæ commun. affusione, quantum pro solutione sufficit, quæ tunc molliusculis duplicatis linteis, fomenti modo tepidè appli-catur.

Convenit etiam cataplasma ex lacte cum mica panis similagin. & croco applicatum, quod *Cl. VVedelius* laudat.

Sic & pulvis radicis consolidæ majoris, cum aquâ comm. in pulticulam coctus, & digitæ minimi grossitie dolenti loco applicatus, optimum præbet mitigativum in novella poda-gra,

gra, primaque doloris invasione, post tres vel  
quatuor horas namque ablatus, odorem præ-  
bet ex putri acido, quod argumentum est, aco-  
tis extracti.

Dolore immani & febre remissis, si atta-  
men æger nondum ambulare queat, ob rema-  
nentes aciculas, juncturas lacinantes, opti-  
mo emolumento applicatur seq. ex alcalibus  
combinatum Emplastrum, quod ita fit.

*R. Olei rosati lib. j. calefacto adde  
saponis albi rasū ſ. iiiij. liquefacto sapone  
adde  
ceruſſe.  
minii. ana. ſ. iiiij.*

Coque leniigne, continuo movendo pistil-  
lo ligneo, donec emplastro duriorem acquirat  
consistentiam: si enim eò non adducatur, rur-  
sus in aëre mollescit, quia saponarium alcali  
humidum ab aëre rursus attrahit, cui demum  
ab igne remoto & nonnihil refrigerato adde  
sub continua agitatione ſ. j. prius spiritu vini  
in mortariolo ad pultis formam solutæ cam-  
phoræ, & caſtorei pulvver. ſ. β.

Hoc Emplastrum Tackenii ex alcalibus  
compositum, mirabiliter non solum acidum  
Podagricum in articulis latens, sed & aposte-  
mata, tumores duros, pedum callos, & varios  
alios

alios dolores ab acido ortos , etiam febries promptissimè sopit , mitigat , ventilat , adhærenstamdiu , donec poris apertis , acidum morbosum exhalarit , & expirante resoluta lympha coagulata acida , à cute depellatur .

*Si Arthritici dolores , vel defluxiones catarhales ex copia humoris resoluti , crudi , acidi , putuisi , frigidii , ortum ducant , & contracturam adsciscant , convenient præter supra notata volatilia alcalica , sequentia balsamica , oleosa , sulfurea , quæ humorem crudum copia pectantem ablumunt & rectificant , & paralyticum membrum roborant . Tale est*

### *Oleum Galbanetum D.D. Wilh.*

*Ex. Galban. el. lib. β.*

*gummi ammon.*

*tacamahac.*

*myrrha opt.*

*mastic. elect.*

*storac. calam.*

*benzoi.*

*ladani.*

*olibani.*

*N. moschat.*

*storac. liquid. ana. 3. β.*

*olei succini.*

*spica ana. 3. j.*

*laureni. 3. ij.*

*pir. therebini. lib. i. j.*

*misce*

misce & per retortam destilla, & egressum  
oleum serva.

### Velfiat Oleum Circulatum hoc.

℞. *Therebint.* ℥. ij.

*axung. taxii.*

*vulpis ana.* ʒ. iiiij.

*olei laurin.* ʒ. j. β.

*lumbricor.* ʒ. iiiij.

*spica.*

*mastic.* *ana.* ʒ. β.

*rorismarin.* ʒ. ij.

*axung. human.* ʒ. iiiij.

*spir. vini.* ℥. ij.

mista circulentur & oleum à spiritu separetur.  
Est antiparalyticum, & anticolicum nobile.

### Vel hoc Oleum florum Balsamicum.

℞. *Catulor. caninor. num.* ij.

*ranarum. num.* xij.

*lumbricor. terrestr.* m. iiiij.

*aqua juniperi* absque vino destill. ℥. iiij.

Catelli & ranæ debite exenterentur, lum-  
brici laventur & fiat Decoctum ad causam  
carnium, colaturæ addé

*Pinguend. human.*

*muri suone.*

*olei scorpion.*

*Spir. therebint. ana.* ℥. j.

Y

misce

706 *Medici præf. seculo accomod.*

misce & serventur in vase aperto capaci , his  
adde per infusionem successivam,

*Summitatum pini lb. j. ss.*

*gemma. populi lb. iiij.*

*Flor. prim. veris.*

*genistæ.*

*lilior. convall.*

*cheiri.*

*lavendula.*

*anthos.*

*salvia.*

*summit. anethi.*

*ruthæ.*

*thymi.*

*origani.*

*puleg.*

*tanacet.*

*absynth. ana. m. i.*

*Flor. lilior. alb.*

*meliloti.*

*verbasci.*

*chamom. rom.*

*sambuci ana. m. iiij.*

*Hypericis eme turgentis.*

*Florum hyperici ana. m. v.*

Omnia & singula justo tempore colligantur, à foliis & stipitibus mundentur, & infundantur pro tempore uniuscujusque è terra prodeuntis & florentis. Per æstatem verò infusa, ex vesica postmodum destillentur, adjecta s. q. aqua, actum oleum separatum servetur.

Maxi-

Maximè etiam convenit oleum lumbricorum terrestre, quod ita paratur.

Reclipe Lumbricorum purificat. q. v. immitte vitro angusti orificii, quod optime clausum, massæ panis involve grossitie trium digitorum, tum in furno instar panis coque, perfecta concoctione exime, & lumbricos in liquorem resolutos conspicies, quo locum affectum inunge, & si ordor ingratus displiceat, adderum olei lavendulæ.

Sic & non infimæ sortis est

### *Balsamus Arthriticus D.D. Rapp.*

℞. Tartari.

Ligni Quajaci ana. q. f. v. g. ℥. aliquot, mista.

Destilla per retortam, & prodit oleum quod quater rectifica super caput mortuum, postea ex capite mortuo sal extrahe, tum adde his

Saponis Veneti.

camphora. ʒ. j.

Per aliquot dies cum spiritu vini digesta, per retortam destilla, & oleum egressum rectifica.

Si Arthritis contractura, & similia mala à Beneficiis ortum traxisse hario lamur, sequentia optimo cum effectu exhibita, observarunt Authores, inter quæ primo occurrit

*Oleum Hyperici simplex.*

*R. Florum Hyperici. m. viiiij.  
olei scorpion. simpl. lib. iiij.*

Infusa stent in Sole per tempus, postea eoque in M. B. donec oleum sanguineum acquirat colorem, quod colatum serva.

*Ex hoc fit Compositum hoc.*

*R. Olei Hyperici simpl. lib. iiij.*

*Vinigerosi. lib. iiij.*

*Olei therebint.*

*Philosophor. ana. 3. ij.*

*lumbricor. 3. ij.*

*axung. human. 3. iiiij.*

*medulla cruris cervi 3. v.*

*Theriac. Androm.*

*Mithridat. ana. 3. 6.*

*Herb. persicar.*

*ruta murar.*

*pyrola ana. m. iiij.*

*flor. anthyrrin. m. viiiij.*

*hyperiei m. viij.*

*verbasci m. iiij.*

*cent. min.*

*betonic.*

*consolid. aur.*

*prunell. una. m. j.*

*sem. anthyrrini.*

*hypersci ana. 3. ij.*

*Radic.*

Radic. dracunculi maculat.

aristoloch. rot.

sympht. major. ana. m. ij.

gummi elemi ȝ. iiij.

Per aliquot temporis spatium infusa coquē  
in duplice vase, lenissimē, ad consumptionem  
vini, tum adde ultimo.

mumie.

mastich.

olibani.

myrrha. ana. ȝ. iiij.

misce, solve, & serva colatum oleum, cujus  
vires magnæ sunt in doloribus mitigandis,  
convulsionibus arthriticis & similibus gravis-  
simis affectibus sanandis.

Vel fiat hoc Balsamum contra Veneficia  
probatisimum ab Henrico ab Heer, commu-  
nicatum, v.g.

℞. Adipis canis bene liquati & mundi ȝ. iiiij.

ursini. ȝ. viiij.

caponis. ȝ. xxiiij.

Tres truncos viscicorylini adhuc virentis.

frustulatim discisos truncos contunde pistil-  
lo ligneo, cum ligno foliis & baccis donec hu-  
mescant, tum adde axungias, & mista phiolæ-  
que inclusa, Soli novem septimanis expone,  
tunc extra hæs virentem balsamum, quo vene-  
ficatorum corpora, & loca maximè dolentia  
inuncta curari dictus Henricus ab Heer, certis-  
simè confirmat.

Sic & hoc Emplastrum fœtidum pro exper-  
to adstat.

**R.** Asa fœtid. 3. iij.

granor. anthyrrini num. viij.

fol. quercus. num. iiij.

pulv. magnet.

corall. rubr. ana. 3. j. B.

misce & cum oleo hyperici fiat Emplastrum,  
quod ad quævis incantamenta est experimen-  
tum infallibile super centrum, ubi cruciatus  
est, positum.

Interea bibat æger hoc Decoctum.

**R.** Herb. anthyrrini cum semine.

hyperici cum flor. & semine.

pyrolæ. ana. q. v.

cum vino vel cerevisia fiat Decoctum, de quo  
bibat æger, mane & vesperi haustum.

Si tandem membrum paralyticum exarefcatur,  
subtilioribus omnibus spirituosis particulis sub-  
actis, & affluxu spirituosis sanguinis inter-  
cepto, tum sequentibus excitetur emortuum  
membrum, & fiat sequens

### Aqua ad Ariduras.

**R.** Sem. urtic. minor. lib. 6.

raphani armorac. 3. iiiij.

radic. aronis.

piperis longi ana. ℥. j.

Affunde vini generosi q. s. digere per 14. dies & noctes, quotidie bis vel ter agitando, tum destilla per alembicum & serva, quā tum arida membra, ad calorem bis vel ter de die fricentur.

*Vel Bz. Castorei.*

piperis longi.

baccar. juniperi.

saponis venet. ana. 3. j.

Coque cum vino ad medietatis consumptionem, tum liquorem remanentem decanta, & adde spir. vini q. s. & misce agitando donec fiat linimentum, quo cum inungantur probè membra contracta, prægressa prius herbarum emollientium fomentatione.

*Vel fiat talis Picacismus.*

Bz. *Piceis navalis.*

bituminis.

nitri ana. 3. j. β.

sulfur. vivi 3. iiij.

piperis.

euphorb. ana. 3. ij.

sem. thlaspi.

raphia ana. 3. j.

Liquefiant & misceantur , quo super lin-  
teum extendi queant , & calidè applicentur  
loco affecto , & relinquuntur tamdiu , donec  
refrigescere inceperint , quo factò subitò avel-  
lantur , & calefacta vicissim imponantur , & hoc  
tam diu reiteretur , donec cutis rubescere inci-  
piat , parsque affecta intumescat , tum balsami-  
cis roborantibus ulterius opus perficiatur , &  
seq. Emplastrum continuo gestetur quod

*R. Empl. nervini 3. vj.*

*olei lumbric. terr.*

*nucis moschat. express. ana. 3. ij.*

*cerae. q.s.*

Fiat Emplastrum , quod præmisso picacismo , &  
inunctis balsamicis supra notatis superligetur  
parti emortuæ.

Si efficacius medicamen desideres , fiat se-  
quens

### *Oleum Antiparalyticum.*

*R. Olei olivarum recentis lb. ij. in hoc ex-  
tingue reiteratis vicibus ferrum candefactum  
tam diu donec non amplius exsiliat , vel regur-  
gitet oleum , ea tamen adhibita simul cautela ,  
ut subito claudatur vas oleum continens , ne  
flammam concipiatur oleum . Huic ita parato  
oleo immisce tantum calcis vivæ ut fiat pasta ,  
ex quâ optimè subactâ globulos formatos re-*

*tor-*

tortæ immitte, & ex retorta destilla, ut omne oleum prodeat, quod pro lubito aliquoties adhuc rectificare poteris ut fiat admodum penetrans, ac acido unctuoso orbatum: cui tum adde olei castorei & radic. pyretri ana. q. s. digere per tempus & tum destilla rursus ac habebis incomparabile medicamen in emortuis & aridis membris contractis, quia acido suo crudo unctuoso spoliatum est hoc oleum, mediante ferro & calce viva: plura non addo.

Sic nec hoc Emplastrum est ex infimis ad membra pendula & contracta.

R. Empl. diapalma. 3. iii.

diachyl. simpl. 3. j.

pulv. lumbrie. terr. 3. j. ss.

calami aromat. 3. ss.

galang. 3. j.

ciner. fagi.

cerussa ana. 3. ss.

cerae. q. s. ut fiat Empl. justæ consistentiæ.

Porto datur alia doloris arthritici species sine rubore & inflammatione, qui plerumque scapulis ita infixus hæret ut respirationem nonnihil aggravet: hic ex acido dolor, quia non profundus hæret, facilimè ideo mitigatur potentiori acido, quare huic usui optimè convenit spiritus vitrioli, optimus, quippe ab una hujus unctione sœpè quies sequitur, unctio tamen cum lanei panni frustulo tam diu con-

tinuanda, donec pars dolens pungi sentiatur, tunc cessandum, & locus tepidâ abluendus aqua; ac oleum hypericonis vel simile balsamicum illinendum.

Hæc de paroxysmi Podagrī & ejusdem doloris mitigatione: quomodo jam & quibus mediis ipsa morbi causa debellanda, hic labor hoc opus; sed non mirum, cum ægri hujus mali incunabula occultent, quæ tamen omni studio revelare deberent Medico perito, ne longa mora invaleat malum, & tum sero medicina queratur. Huic enim hosti in principio occurrendum, ne pedem figat, in minimâ etiam parte, & tunc totum simul impugnetur & occupetur.

Causa Podagræ principalis, est acidum secretum volatile, spirituale, penetrans, quod tantas excitat turbas, & coagulationes intendit præternaturales, quia secretum, querit corpus, sive materiam, cui se jungat, quo tunc absumpto & materiae implicato, atque in tertium quid formato, dolor quiescit, donec nova materia data, paroxysmus interjecta aliqua mora repeatat.

Ex hac causa facile liquet quali solvente opus, omne enim coagulatum solvitur simili, & non contrario, hinc podagræ remedium non est quodlibet alcali, sed est volatile sitiens,

&amp;c

& determinatum acidum, oberrans tale inobediens & perditum degeneratumque in corpore attrahens, & in ventriculo ejus mineram destruens: tale Solvens suppeditat Mercurius Diaphoreticus Helmontii, qui ex volatili subtilissimo, & Mercurii & Veneris sulfureo acido fixus, magnes est, ad quem in corpore errans acidum præceps accurrit & saturatur, facile tunc levi purganti auscultans.

Si verò topi jam facti sint, volatiles consule spiritus acidos, hi tibi expeditum largientur Solvens.

Et si humor coagulandus deficiat, nec copia peccet alcalina pars, tum optimè alcalia volatilia, rem expedient, & dulcificantia ac absorbentia, quæ secus materiæ coagulandæ sejungunt, & à dicto acido simul coagulantur, quod curiose notandum.

Sed, si malum hoc in fieri judicetur, omnia ea conducunt quæ supra de spleneticis tradita sunt.

---

## CAPUT XX.

### Febrilia tractat.

**N**Obis hæc ruspaturis, maxima sanè occurunt dubia, cui nam scopo hæc directa esse debeant, cum vera adhuc febrium essentia intricata admodum sit ac dubia; quod

*Cf. Am.*

*Cl. Ammannus*, inde probat, cum (licet *V Villius* & *Sylvius* hanc doctrinam probabiliter tradiderint,) hodierno die, nec nunc, non citius & felicius curentur febres ac olim, ac propterea nondum exactè notum ubi materia febrilis infallibiliter niduletur, licet *Helmont* stomachum palæstram certaminis febrilis credidit; & quæ anticipationis, & postpositionis, imò durationis paroxysmorum in genere vera causa sit.

Interim cum fermentationis effectus luculenter demonstret, à contrariantibus paroxysmum induci, non concipimus propterea aliam causam quam acidi resoluti & depravati, cum particulis alcalicis congressum, & præternaturalem motum. Diversæ verò ex hac causa convehuntur febres, vel Intermittentes, vel Frigidæ, vel Ardentes.

Frigidæ semper pituitam comitem habent, hæc etenim cum acido resoluto, extraneo, venis hostili conjuncta, febre correptos summo horrore infestat, sicuti semper fit in febrium intermittentium initio, ubi acidum cum ea dimicans, membra horrore concurrit, secus quam si bilis cum hoc suo adversario resoluto acido decertans fervore exanimat.

In genere igitur acidum vitiosum secretum, febrilis certaminis causa principalis est, ratio-

ratione advenientis humoris differentem patoxysmum producens. Pituita sive crudi, in concoctaque chyli materia degenerata, mediante eo quotidianas excitare videtur febres, conjuncta verò bilis tertianas, & circa hypochondria vel in ipsa sanguinis massa congestæ particulæ crudiores spirituum animalium elaborationi ineptæ, & stagnantes, quartanas.

Interim ex uno oriri fonte febres intermitentes inde patet, cum sæpius talem ægrum, mox tertianâ, mox quotidianâ, mox quartanâ, tandem iterum tertianâ, &c. prehendi observemus.

Atque hinc gradibus saltem differre hariomur, *Helmonte* teste, qui febrium continua rum ac intermittentium sedes non differre affirmat, sed solum solius materiæ occasionalis ergo.

Ex hac etiam causâ non dubitavit exclamare, indignum esse nomine Medici, qui intra quatriiduum febrem non sanaverit, sed rigore admodum hæc *Helmont* dictavit, quia reticuit media per quæ effici hæc cito sanatio debeat, Mercurium enim suum Diaphoreticum occultavit, quem febres unicâ potionē sanare prædicat. Interim tamen Diaphoretica sola appropriata & specifica esse febrium remedia  
asle-

asserit, quippe sedato archeo mox ipsam cefare febrem, utpote qui efficienter omnem exsuscitet febrem, causas verò occasioales occasionaliter, quæ tamen omnes unica falce amputentur, scil. remedio sudorifero quod incidit, solvit, liquat, abstergitque causam occasionalem ubicunque locorum ea extiterit. Atque propterea inculcat, probo Medico non esse magni momenti diversitates febrium juxta materiæ proprietates & loca curiose indagasse, sed sufficere illi invenisse remedia, apud quæ omnes febres ejusdem sint pretii & ponderis, talia verò esse Mercurium Diaphoreticum & arcanum corallinum confirmat: quæ verò cum obtineant pauci, hinc eis recom mendat remedia particularia, ex cephalicis, ut rorematino, rutha, majorana, & similibus parata salia, cum hæc non sint fixa alcalia cinerum, sed volatilia, quæ totam contineant erasin, ac propterea insignia Diaphoretica nonnihil temperata: Quæ si debitè, nimirum jejuno stomacho & ante paroxysmum intermittentium, vel quovis tempore continua tam, potentur in vino vel alceto, ac sudor pro liciatur, nunquam medentem fidelem ludibrio exponant.

Vomitoria & purgantia per accidens sæpe sanare afferit, dum nimirum ad stimulatio nem

nem unius, alterum primum ac vinum, unam exturbent.

Præmissis sequentes superstruimus remedium formulas, v.g.

Recipe Ocul. cancri 3. j.

salis succini. vol. gr. viiij.

oleicinam. gutt. j.

misce fiat pulvis pro dosi cum aceto sumendum.

Vel Rx. Q. diaphor.

nitri preparat. ana. 3. j.

camphor. gr. vj.

misce.

Vel Rx. salis ruta. volat. 3. 3.

ocul. cancri. preparat. 3. j.

laud. op. gr. j.

misce pro dosi sibi repetenda.

Si hæc nil efficiant, Anglici Medici methodum sequere, à Blengi communicatam,

v.g.

Rx. Semin. urtic. 3. ij.

flor. cent. min. 3. 3.

salis cent. min. 3. ij.

vini albi 3. j.

Infunde 12. hotis in cineribus calidis, eodemque tempore etiam seorsim infunde per 12. horas.

chine de china pulv. 3. iiiij.

crystall. mineral. 3. ij.

spir. vini 3. iiiij.

Post-

Postea confunde solutiones, & adhuc simul confusa infundantur per 6. horas, tunc filtra & pro unâ dosi exhibe ȝ. ij. primo sex horis ante paroxysmum, secundo alteram dosin cum horror incipit, tertiam dosin cum paroxysmus remittit: Intermediis diebus detur manæ & vesperi dosis. Sed cum dies ordinarius repetit, exhibeat ut primò dictum. Interim tamen si copiosa videtur adesse materia febrilis, aliquoties propinetur commodum purgans.

In specierum febrilium familia non raro particularia universalis remedii apicem attringere dictus *van Helmont* refert, ac ex hoc fundamento Emplastrum sibi esse paucis resolventibus & abstergentibus compositum, quo centenas quartanas tutò sanasse absque recidiva, etiam autumnales asserit, nisi quod in obesioribus tardiora quodammodo fuerint ejus obsequia.

Ego hoc proficuum expertus addo, catalasmatis loco adhibitum.

R. Fuligin. camin. splend. ȝ. j.

telar. arantiar. ȝ. ij.

bursa pastoris m. j.

theriac. ȝ. j.

misce.

Alii laudant bufonem aceto immaceratum

atridum, linteolo involutum, ac cordis regioni applicatum incipiente paroxysmo, quo cef- fante & transgresso, bufonem in terram defo- dunt, acho repetunt tertia vice in tertianis, in quartanis verò quarta vice, & in quotidie- nis uno saltem bufone.

Ratione diætæ *Helmont* à carnosis abstine- rejubet, quia caro, ova, pisces, & juscula, faci- le cadaverentur, ac materiam febri suppeditent.

Et qui modicè utantur vino, facilius conva- lescere, viresque conservare, ut in pristinum ocius restituantur afferit, quam qui abstineant, hinc cerevisiam tenuem optimè vino commi- sceri, addito pane, prius separatim in aqua cocto in mucilaginem vel collam: de quo po- tu febientes pro siti bibant frigidè, ne si febris sit calida & siticulosa, cruor depopuletur, & solidarum partium alimenta cum viribus per- eant: nunquam propterea sitim tolerandam, ne quidem subter sudorem, sed tum potus ca- lidus esto, injungit.

### Febris Maligna.

Fit, ubi spiritus peculiari malignitate infecti ferocientes sibi ipsis viam aperiunt, sanguinem furenti turbine concutiunt, ut dulcifican-

ribus subactis,, vel secessis, præstò sit cruentis  
concretio.

Causam aliquando *Helmont* in convex. ven-  
triculi latere residere existimat atque tanto  
pejores inducere malignitates, cum raro, nisi  
extraordinaria arcana illuc pertingant: ac ta-  
les esse ferè omnes castrenses, quia citra sitem  
infestent sèpe, ac de fortis saltim contaminent,  
ac ultimum stomachi nutrimentum afficiant,  
cum totum corpus quamdiu vivit, perspira-  
bile sit.

Pestem esse atrocissimam febrem & celer-  
rimam, ac ita solum gradibus à reliquis febri-  
bus malignis differre indicat, nisi quod hæ sæ-  
pius, sordes febriles conjunctas habeant, ubi  
pestilens venenum etiam absque materia, so-  
lum spiritum vitalem afficiat.

In omnibus ergò his requiruntur sudorife-  
ra, alexipharmacæ, ubi è contra in benignis  
Diaphoretica, incidentia, abstergentia, rem  
absolvunt.

Inter illa excellunt quæ ad strictione con-  
densant, qualia sunt acida sudorifica simul quæ  
lympham vel à bile corrosivam diaphoresi  
expellunt, quod in superficie natet; vel ener-  
vem lympham roborant, ut efferaatæ bili resi-  
stere queat; cum dulcificantes partes percu-  
tiunt

tiunt intrò, ut quæ salia actia sunt, soluta cum sero protrudantur foras. Sic & adstringentia patiter & aromatica, alexipharmica furibundos sopiunt spiritus, aculeata hebetant, toxica exterminant, poros & corporis & humorum post noxii eradicationem obserant, ut utiles non exulent spiritus, & quod bilem non incendant intensius, ac alvi profluvium, tabem & lethum non cieant, talia supra dæ alexipharmacis tradimus, inter quæ Tinctura Bezoardica non infimum tenet locum, cum Tinctura lapid. hæmatit. sociata.

Curatio in genere, citra & venæctiones, & laxationes, aut alias ceremonias roboratorias, aut alteratorias, sicuti Cl. Ludovici habet, felicissimè absolvetur, si cæteris partibus, malum primò per tincturam bezoardicam vel solam, aut in vomitu Symptomatico aut simili, guttis aliquot tincturæ anodynæ fortificatam, aut per similia volatilia, infringatur, residuum verò una vel altera dosi pulveris bezoardici ex C. C. philosophici partibus ij. & terræ sigillataæ selectioris, ac unicornu fossilis ana parte unâ subigatur; ac tandem circa statum corallinis, cancrisve quasi absorbeatur, interpositis pro circumstantiarum ratione

contra sitim julapiis, vel spiritu nitri dulci, vel etiam ipso nitro acuatis.

In mitiorum verò malignarum initiiis dictus pulvis bezoardicus, vel per se, vel diversimodè exaltatus rem absolvet, citra volatilium adhibitionem.

In hunc finem sequentes fabricamus formulae.

*Bz. Aquacard. bened.*

*scordia ria. 3. j. S.*

*theriacal. 3. ij.*

*tinctur. bezoard. gutt. 60.*

*syr. acetos. citri. 3. ij.*

misce pro dosi sæpius reiteranda.

*Vel Bz. Ag. card. bened.*

*sambuci.*

*nymph. ana. 3. j.*

*aceti bezoard. 3. S.*

*diascord. Fracast. 3. j.*

*syr. acetos. citri. 3. ij.*

misce pro dosi.

### Vel fia ttale Decoctum.

*Bz. Radic. Angelic.*

*valerian.*

*tormentill. ana. 3. j.*

*herb. galega.*

*card. bened. ana. m. j.*

*sem angelic.*

*cicriana. 3. ij.*

Co-

Coque in s. q. aquæ comm. colaturæ unciis  
decem adde

*conserv. scordii.*

*acetof. citri ana. 3. j.*

Stent per noctem, mane ebulliant & colentur  
pro tribus dosibus, singulæ dosi addendo tin-  
cturæ bezoard. 3. fl.

*Vel Rx. Radic. scorzoner.*

*caryophyllat. ana. 3. j.*

*conserv. pomor. citri. 3. fl. 3. ij.*

*Aqua scordii.*

*acetof.*

*card. bened.*

*nucum immatur. ana. 3. v.*

Bulliant in diplomate vel alembico cœco,  
ad tertiaræ partis consumptionem, colaturæ un-  
ciis decem adde

*aqua tenellor. C. C. 3. ij.*

*cordial. temper. 3. j.*

*tinctur. bezoard. 3. ij.*

*confect. alkerm. 3. j.*

*syr. rabi idai. 3. j.*

misce pro tribus dosibus.

*Vel fiat talis Aqua Destillata.*

*Rasura tenellor. C. C.*

*Limon. cum toto ana. fl. fl.*

*Aqua scordii.*

*card. bened.*

*Z z 3*

*meliss.*

*mellif.*

*aceros. ana. lib. ij.*

peractā infusione Destilla, & aquam prole-  
ctam serva, aliis miscendam vehiculi in mo-  
dum.

Hæc malignitati dicata sunt, quæ si majo-  
rem partem intracta, sequentibus vel simili-  
bus ultetius subigatur, v. g.

*R. Bezoard. mineralis Æ. 6.*

*terra sigillat. opt. Æ. j.*

*cinnabar. natu. gr. v.*

misce pro dosi.

*Vel R. C. C. sine igne preparat.*

*terra sigillat.*

*oculor. caneri ana. Æ. 6.*

*margarit. preparat. gr. viij.*

misce fiat pulvis pro dosi.

*Vel R. Oculor. cancri.*

*terra sigillat.*

*margarit. preparat.*

*salis C. C. volat. ana. Æ. 6.*

misce pro dosi.

Pro simplici absorbente, oculi cancri soli  
sæpius exhibiti in pulvere, vel cum margaritis  
remixti, rem absolvunt.

Pro fiti sedanda optimè convenient Julepi  
seqq.

*R. Aquafontan. lib. j.*

*acaciar.*

*borrug. ana. lib. 6.*

*syr. granator.*

*rubi idai.*

*citeri ana q. l. pro grato dulcore : tum  
spir. nitri dulcis q. s. acidulanda.*

Vel conductit etiam in extremis quandoque aceti rosacei haustus, quem plurimos ferè exanimes revocasse *Cl. Cardilucius* asserit, nec ablque ratione.

Si potus nimia quantitate veniat molestus, fallatur sitis sequentibus, quales sunt pomì citri concisi & saccharo asperfi, vel

*R. Vini granat. acid. 3. iiiij.*

*syr. rub. idaei.*

*succicitri ana. 3. ij.*

*confect. alkerm. 3. j.*

misce, cochleatim assumendum.

Denique etiam Epithemata ad pulsus, tempora & cor applicata, admodum alterant, nisi petechiae appareant, ubi tunc caute procedendum ne retrocedant.

Sic & dolores capitis optimè iis demulcentur, v. g.

*R. Aceti rutacei vel bezoardici.*

*olei rosacei.*

*album ovi ana. q. l.*

misce pro oxyrrhodino.

Vel *R. Nucieor. persic.*

*sem. papav. alb. ana. 3. j.*

*Aqua sambuci.*

*nymph.*

*verben.*

*aceti bezoard.*

*ruiac. ana. 3. j.*

*opii. 3. j.*

**misce**, pro epithemate ad tempora & frontem, vel pulsus, si camphoram ferat æger, ad de 3.  $\beta$ .

*Vel &. Aquarosar.*

*borrage.*

*fl. namphe ana. 3. j.*

*carfunkul. 3. iiiij.*

*aceti bezoard. 3.  $\beta$ . confect. alkerm. 3. j.  $\beta$ .*

**misce**, hac mixturâ sequentes sacculi ad pulsum humectentur.

*&. flor. rosar. rubr. 3. ij.*

*cinamomi pulv.*

*N. moschat. ana. 3.  $\beta$ .*

*cortic. citri 3. i.*

*herb. ruta 3ij.  $\beta$ .*

*camphor. 3. j.*

**misce**, fiat pulvis sacculis includendus, & pulsis superligandus, ac superiori aquâ humectandus.

Ad plantas pedum optime item applicatur hoc cataplasma, quod

*&. Fermenti acris.*

*saponis nigri ana. 3. j.  $\beta$ .*

*sinapi. 3. ij.*

*lapid.*

*lapid. prunell. 3. j.*

*aceti bezoard. q. f. misce, fiat cataplasma.*

Si deliria & convulsiones ægrum excrucient, ac simul exteriora frigeant, & interiora urantur, conducedent velicatoria brachis & cruribus applicata, quæ malignitati viam struunt, ut exhalet, vel ad exteriora trahuntur.

Si vigiliæ sint molestæ, vide quæ de anodynis supra tradimus.

Pro linguae & faucium ariditate florēm latissimū cum nitri tantillo inunge.

Si verò Angina collum occupet, & ibi sanguis concrescens stagnare incipiat,

*Rx. Theria. 3. ij.*

*mellis. cochl. iiij.*

*alumin. 3. j.*

*spir. salis armon. 3. ij.*

*aqua veronic. lib. j.*

decoque ad tertiae partis consumptionem, & pro gargarismate applica.

*Vel Rx. Aqua simpl.*

*prunell. ana. lib. 8.*

*nitri antimoniati 3. 8.*

*syr. diamoron. 3. j.*

misce pro gargarismate.

*Vel Rx. canceror. fluviatil. num. v.*

*semperviv. major. m. 8.*

*nitri preparat. 3. j.*

*aceti rosacei lib. j.*

contusa exprime, & gargatismatis loco applica expresum succum, quem Poppius recom mendat.

Externè applicari potest seq.

*R. Radic. alth.*

*lilior. alb. ana. 3. fl.*

*caricar. ping. num. iiij.*

*farin. fænugræci.*

*melilot. ana. 3. j.*

*croci. 3. fl.*

contusa & mixta humectato cum elixire balsamico & applica.

*Vel R. Nidi hirundini. m. j.*

*ciner. stramin. fabar. 3. j.*

*lupuli. m. j.*

contusa coque cum lacte vaccino, & applicetur calidè, vel Elixire balsamico solum humectato, quod omnem absolvet rem.

## CAPUT XXI.

### *Vterina continet.*

**V**Terum generationis officinam, alii cum aulica comparabunt vita, ac si nullibi majora virtutum & vitiorum occurrant certamina quam in hisce & Macrocosmi, & Mi-

*cro-*

crocosmi Aulis. Quemadmodum enim ute-  
ro plurimum est virtutis, ita & plurimum vitii  
in hoc viscero subesse volunt, adeò ut matrix  
jure nominetur centrum quasi omnium affe-  
ctuum muliebrium, ac receptaculum ac sen-  
tina variorum excrementorum.

Sed vitia quæ ab eis Utero adscribuntur,  
plus justò pravis adnumerarentur incolis,  
quam ipsi aulæ, sicuti Aulica vita non ab Aula,  
sed à pravis aulicis redditur depravata.

Cum itaque sanguis variis, & bonis & de-  
pravatis particulis, huic aulæ vel generationis  
officinæ famuletur, vitia potius huic, quam  
Utero adscribenda erunt.

Quas non ineptas absurditates hinc inde  
non solum à vetulis, sed & Medicis, Utero af-  
fictas legimus & audimus, at cum admodum  
bellè hæc notarit *Cl. Henricus Cellarius* in suo  
Germanico tractatulo *die vermeinte Mut-  
ter-Beschwerung* / vocato, hinc sufficiat no-  
bis de medicaminibus huc pertinentibus pau-  
ca saltem addere.

Hæc verò in genere respiciunt sanguinem  
variè alteratum & depravatum, & vel ab-  
undantem vel deficientem vel stagnantem  
& concrecentem, ob varias acidi depra-  
vatas

vatas particulas, vel deficientibus eis suo nexo facile vel exorbitantem vel nimium solubilem.

Principaliores ergò affectus uterum solum respicientes, & magis huic, quam aliis corporis partibus communes, in fœminino sexu sunt sanguinis menstrui vel stagnatio & suppreffio vel nimius fluxus: reliqui, ut suffocatio vulgo uterina, & variii capitii & aliarum partium dolores vulgo utero adscripti, aliarum partium vitiis orti, male utero tribuuntur, Lieni, vel inde vitiato sanguini, & animalium spirituum ruditati, adscribendi.

Huc jam dirigenda media, quæ si Lunaris deficiat sanguinis motus, pro ratione causarum optimè mensuranda. Cum enim sanguis varie constitutus, vel austерis, acidus, figentibus particulis præditus, & jam pituita viscida repletus, existat, hinc exhibenda quæ dulcificant, volatilisant, glutinositatem sanguinis exsolvent, & acidum depravatum corrigunt.

Imò spectant huc ipsa purgantia & vomitoria, quæ sape eodem die, quo assumuntur, mensum fluxum proritant, quæ tamen si sanguis peccet viscedine, plus liquida quam solidâ formâ conducunt, ac in tali casu parantur optimè talia vina medicata, quale hoc est:

*R. Radie filicis.*

*enulae.*

*bryon. ana. 3. ss.*

*Fol. puleg.*

*mellif. ana. m. j.*

*flor. anthos.*

*hyperici ana. p. ij.*

*baccar. lauri 3. ss.*

*sem. pastinac. sativ. 3. ij.*

*Fol. senn. elect. 3. j. ss.*

*jalapp. resinol. 3. ss.*

*troch. alband. 3. j.*

*cinamomi.*

*croci. ana. 3. ss.*

Incisa & contusa infundantur in duobus vi-  
ni mensuris, & de hoc vino bibatur quotidie  
haustus, instillatis spir. salis arm. vel liquoris C.  
C. succinati guttulis xxx.

Si adsit nimia lymphæ depravata copia, loco  
vini medicati exhibeatur sequens vel simile  
aperiens.

*R. Fol. senn. el. 3. ij.*

*pulpæ colocynth. 3. ss.*

*salis ammoniaci. 3. j.*

hisce superfunde aquæ pulegii ferventis 16. ss.  
stent per 24. horas, tunc colaturam inspissa ad  
consistentiam syrupi: cui adde

*cinamomipulv. 3. j.*

*croci Martis acalepsati aperitivi 3. j.*

misce coquendo, donec non amplius adhæ-  
reat,

reat, sed in pastillos formari queat & pulverifi-  
sari, de hoc exhibe quotidie bis ȝ. ij. unam do-  
sin mane, alteram verò 5. horis post prandium,  
incipiendo quatuordecim dies ante eruptio-  
nis consuetæ tempus, continuando donec ju-  
stè cedant, & donec progressi menses fluxus  
terminum absolverint. Hoc Blegni pro abso-  
luto commendat.

### Velfiant tales Pillulae Hystericae,

ȝ. Radic. angelic.

zedoar. ana. ȝ. ij.

Herb. asari cum toto.

card. bened. ana. m. ij.

myrrha ȝ. ȝ.

cassia lign.

castor. ana. ȝ. iiiij.

croci ȝ. j.

pulp. colocynth. ȝ. ij.

Extrahe cum spiritu vini & dat s. a. Extra-  
ctum, cui in mellis formam redacto, redde

resin. jalapp. ȝ. j. ȝ.

croci Mariæ aperit. alcalisat. ȝ. j.

misce, fiat Massa Pillular. Dosis est à ȝ. j.  
ad ȝ. ȝ.

Si particulæ sanguinis depravatae, nimium  
sunt austerae & constringentes, nec hinc purgan-  
tibus auscultare velint, præmittantur dulci-  
fican-

fificantia, aromatica, absorbentia, qualis est sequens

### Pulvis Chalybeatus.

R. Spec. diaturb. C. rhabarb. 3. j.

fol. lauri.

sabinae. ana. 3. j.

Spec. aromat. ros. 3. iij.

borracis.

macis.

croci or. ana. 3. j.

croci Martis aperitiv. alcalisat. 3. j.

sacchar. canar. alb. 3. j. &

misce, fiat pulvis, cuius Dosis 3. & vel 3. j.

Vel R. Oculor. cancri pulv. 3. j.

cinnab. nativ.

salis succini vol. ana. gr. v.

misce, fiat pulvis pro dosi saepius repetenda.

### Vel fiat Elixir Uterinum hoc.

R. Radic. Imperator.

Angelic. ana. 3. j.

croci 3. ij.

puleg. sicc. m. v.

cinamomi 3. j.

Superfunde spiritus sequentis Utterini q.s.  
ad eminentiam digere per tempus & filtra:  
qui adde

salie

*Jalis succini volat.* 3. ℥.

*oles succini* 3. iiij.

*cinam.* 3. i.

misce, digere ut uniantur.

### Spiritus Uterinus.

*R. Radic. Angelic.*

*Zodoar. ana. tib.* ij.

*herb. meliss. rec. m.* vij.

*puleg.*

*levistic. ana. m.* v.

Incisa intunde cum *vini generos. mensur.* iiiij.  
cum destilla & pro lubitu rectifica.

Plura dulcificantia, resolventia, carminativa, diuretica, diaphoretica, sanguinem acidum, austерum, coagulationi & concretioni aptum corrigentia, vide supra, inter quæ elige Tincturam bezoard. Elixir Balsamicum, & similia aromaticis, volatileibus particulis combinata medicamina, humectantibus remixta, quia absque his aperientia vix optatum præstant effectum.

Circa menses pellentia notari volunt alii,  
ne in dubio casu meretriculis, conceptum suppressione mensium simulantibus, temerè mensescientia fortiora, vel vomitotia, aut alia fortia purgantia suppeditemus, ne incauti scetum expellamus: sed hanc cautelam inanem esse

esse *Henricus ab Heer* notavit, qui propterea firmissimè credit agerrimè posse occidi & abigifætum, nisi simul enecetur mater, atque hoc inquit credo omnes bonos & doctos Medicos affirmaturos, cum videamus cum quanto periculo fœtus mortuos secundinasque expellamus. Interea tamen cum huic *Henrici ab Heer* observationi contraria dentur experimenta, caute agere Medico conscientioso consultius erit.

*Si nimius fluxus infestet, propter abundantiam seri acrioris, biliosi, convenient incrasstantia, dulcificantia, narcotica adstringentia & similia, excedentem fermentationem inhibentia, & si æstus simul concurrat, sensum frigiditatem simul contrahentia, ubi tum optimè conducent Emulsiones simul humectando incrasfantes, v. g.*

R. Sem. 4. frig. maj. ana. 3. iiij.

papav. alb. 3. 3.

amygd. d. 3. iiij.

Aqua acetosa.

plantag.

Decotti bord. ana. 1b. j.

aq. sperm. ranar. 1b. 3.

edulcoretur manus Chr. perlata. q. s.

& detur prouisio repetendo.

Vel detur saepius syrpus corallorum de co-

Aaa

rallis

rallis doctus. Plura vide de dysentericis tradita interna.

Præter externa quæ supra de hæmorrhagiis tradita sunt, hæc sequentia nec sunt contemnenda, v. g.

**R.** Vitrioli Hungarici ad albed. calcinat. q. v. redige in cataplasmati formam cum spermate ranarum.

Hocque linteis cannabinis inclusum dorso & lumbis circumcirca ad umbilicum usque frigidè applicetur, ac sanguinis fluxus miraculose cohibetur, estque experimentum certissimum in contumacissimo affectu, reliquis nil juvantibus, & ubi periculum vitæ instat.

Vel **R.** Musci cranii humani, vel ab aliis ossibus collecti.

*bufonum pulverisat.*

Sperniolæ ex oculis nigris spermatis ranarum, cum propria mucilagine aquatica, per creberrimam imbibitionem præparatæ, ana. p. æq.

Pulverisata misce cum mucilagine tragacanthi per aquam sperm. ranar. facti, & fiat massa, ex quâ formentur amuleta, vel poma manibus tractanda, donec incalescant.

Vires admirandæ sunt in omni hæmorrhagia

gla tam natum quam uteri, hæmorrhoidum  
& vulnerum.

Si armillæ, corallia ex eis formantur, pos-  
sunt optimè gestari pro præservatione ab eis,  
qui huic malo admodum obnoxii sunt.

---

## CAPUT XXII.

*Luem Venereum & ei dicata Medi-  
camina exhibet.*

**H**orrendum hoc morbi monstrum epide-  
miale Hippocrates testatur, cuius con-  
tagionis symptomata libr. III. Epidemior.  
fest. III. tradit. Illic menti inquit, capitisque  
glabrities, carnium, nervorum, & ossium  
elapsus, voces vitiæ, ora ulcere fervido af-  
fecta, in pudendis tubercula, eadem circa  
fauces, linguæ inflammations, abscessus cir-  
ca dentes, tubercula foris, intus, circainguina,  
fluxiones circa pudenda, multæ ulcerationes,  
lippitudines humidæ, longæ, diuturnæ, cum  
doloribus, eruptions palpebratum foris,  
intus, multorum oculos corruptentes,  
quos ficus vocant. Ecce, hoc hodiernorum  
scotatorum morbi genus Hippocrati cogni-  
tum fuisse hinc constat, licet tunc aliis

ex causis; nam in australi temporum constitutione hoc malum irruisse testatur , atque suæ regioni Epidemiale , quemadmodum Elephantiasis Ægyptios , Græcos lepra primò invasit. Hodie nō die morbus hic, horrendus adhuc magis quam depravatus non amplius Gallicus, sed toti jam terratum ferè orbi communis, Fernelio dignum scortatorum flagellum audit.

Causa hujus mali essentialis est acidum , qualibus singulariter venenatum , & corruptum, ac humorum vel venenata viscositate, vel volatilitate, corpori humano infestum.

Ex hâc causâ sæpiissimè Scorbuti symptomata cum gallicis certant , & faciem præstant dubiam, ac si ex eodem fonte pronata, nec alia intersit differentia, quam quod illius symptomata circalienem , hujus verò in testibus & vasis spermaticis stabulari consueverint.

Sed hujus mali producta horrendè multò, humanum corpus excruciant , quippe bilem fermentantes & nimium acuentes particulæ acidæ peculiariter venenatæ , nervos membranasque rodentes, dolores intolerabiles inducunt: eadem si partes semenis elaborationi dicatas adoriuntur, sperma corruptum, & continuum ejus putridi liquaminis effluxum moluntur: & si jam pravis acidi corrupti sucis

cis corpus petfusum copiose existat, illi harum concursu exaggerantur ut cuti scabiem, ulcera, pilorum defluxum, & ossibus cariem adsciscant ac ita vel hanc aut aliam corporis partem singulari symptomate stigmatizatam notent, non secus ac Mercurius nociva sua vi, & secretis acidi spiculis carnes nodis & tophis, defœdat, & innumera mala advehit.

Causa per accidens quæ priori ortum ministrat, est coitus impurus cum jam infectâ hac lue persona, à quâ per contactum alteri communicatur personæ, in ipso enim attritionis, ac insequente incandescentiæ actu, particulæ venenatæ fermentantes, poros jam hiantes pervadunt se sanguini sanæ personæ associantes, non minimum juvante cupidine, animam afficiente, & magnetice quasi simul attrahente venereum virus.

Oritur quandoque sponte hæc lues, si sani homines immoderatam & bestialem venereum exercent, quando spiritus dissipantur nimium, & relicti redduntur acriores, in primis ubi corpus jam pravis succis repletum existit.

Quod verò venereum virus propagari possit per oscula, bibitiones cum infecto, impuræ cloacæ infessum, &c. hoc illorum ratione inventum esse credo, quibus honorem manere volumus.

Difserit tamen hæc Lues ratione qualium  
venenatorum quantitat̄is ratione considera-  
torum , quando scil. vel quædam saltēm , vel  
omnes corporis partes inficiuntur , & sympto-  
mata vel iunt mitiora , vel pessima .

Et ex hac cauta Luis incipientis signa certa  
haud dantur , utpote cum aliorum morborum  
signis decertantia .

Quibusdam enim , solo amplexu vel basis  
contagium labia ulcusculis notat , quod & aliis  
nunquam impuritate venerea affectis accidit .

Sic dantur quibus post impurum coitum  
gonorrhæa accidit , & excernitur cum ardore  
semen putridum , sicuti & aliis accidit non in-  
fectis . Atque ita incipientis Luis signa , nisi pa-  
tientis accedat confessio , de impuro coitum non  
habentur certa .

Interea tamen Fernelius constituit quatuor  
gradus ; Levissimam , & primam luis speciem ,  
per pilorum defluxum indicari vult .

Secundam , per maculas foedas , vel subfla-  
vas , aut subrubras , gonorrhæa simul sèpè  
commixta .

Tertiā , per pustulas , per universam cu-  
rem disseminatas , in primis circa frontem ,  
tempora & aures , cum ulceribus pudendorum  
& gonorrhæa virulenta .

Quartam luis speciem , dolores intensiores  
noctur-

nocturno in primis tempore excruciantes, & ossa rodentes, ac in lecto saltem afficientes, constituere perhibet.

Hæc verò est & incipientis & progredientis Luis methodus: Si homo contagium hau- sit, primis diebus sentit lassitudinem, & totius corporis torporem, ingruente vago artuum, vel capitinis aut alterius partis, dolore, ac tum faciei mutatur color, labia pallent, oculi circu- lo livido notantur, virginum menstruarum instar; facies inflatur, manus & pedes ad ta- ctum, etiam hyemis tempore plus solito ca- lent: Somnolentia etiam, & tamen inquietæ noctes, infestant, cum segnitie, mœrore & tri- stitia, absque prægressa evidenti causa, non ut melancholicos, sed ut torpidos, lassos, ac si his accedit defluvium pilorum, stranguria & gonorrhæa virulenta, præter omnem exspectationem de contagio luis hausto certus esse poteris: cujus veram confirmationem notes, si accedunt pustulæ, cum, vel sine sanie in barba, capite, & vel cum vel sine crusta, oriuntur ul- cera circa pudenda & anum, sequuntur tu- bercula & exulceratio palati & œsophagi, unde raucedo, tandem gingivæ foent, & gummata circa manus & pedes infestant, cum tumoribus, callis, & tophis, & ossa sponte fragilia fiunt, atque ita, ni efficaciter

occurratur, sensim perditur homo horrendo sp̄ctaculo.

Quia Prognostica exspectat, sciat, sanos & robustos huic malo minus obnoxios esse debilitibus, sicuti minus illi quibus hæmorrhoides & menses legitimè fluunt, quam quibus emanent, minus etiam illi qui præputium retractum, & glandem denudatam habent.

Et si caries penis, vel stranguria, vel gonorrhœa brevi à coitu sit orta, indicium est in penne adhuc dum esse virus, nec hinc ægrum in vehementi gradu excruciantum, atque' tum purgatione præmissa, therebintinata sufficiunt.

Sed si longè demum à coitu oriatur lues, & symptomatibus gravioribus infestet, fortiora requiruntur remedia, & vera luis antidota.

Facilius tamen faucium, gutturis, & narium, penisque curantur ulcera, quam ani-

Sed si asthma denique accedit, malum ferè deploratum est, sicuti & ubi ab utero, & hæreditariè lues ingruit.

Difficulter etiam curantur illi qui recidivam patiuntur, & quibus accessit hydrops, ac quibus alvi profluvium putridum, saniosum accidit.

Ratione diætæ notetur, ne cibis variis, contrariantibus, malo suppeditemus pabulum.

Indi-

Indicatio curativa è dirigatur, ut acidum variè corruptum, & vel fixum vel volatile nimum, per appropriata alcalina corrigatur.

Causæ tamen procatarrheticæ removeantur prius, per abstinentiam à coitu, aerque corrigitur. Venetiis enim propter aërem marinum, putredini resistenter, symptomata videremus mitiora. Aer itaque palustris maximè fugiendus.

Postea causæ foventes tollantur, & si adsit plethora, pro circumstantiarum ratione, venæsectione ea minuatur vel acredo humoris corrigatur per absorbentia, & dulcificantia.

Si verò cacochymia, & crudi succi copia corpus repletum existat, fiat initium à purgantibus cum ratione adhibitis, qualia de purgantibus tradita fuere in hunc modum, v.g.

R. Extracti helleb. nigri 9. 8. vel 9. j.

Mercurii dulcis gr. x.v. vel x.

resin. jalapp. gr. v.

cum syr. decichor. cum rhabarbarb. siant pillulæ, pro dosi, aliquoties repetenda, si prima vice rem haud absolvisse videantur.

Corpore jam copiosis cruditatibus liberato, & purgato, ad specifica fiat transgressio, inter hæc excellunt sudorifera specificis partculis suis alcalinis, acidum corruptū corrigentia, qualia suppeditant longo usu comprobata,

Aaa 5

pri-

primò lignorum Decocta, quorum confectione & usus est sequens.

*R[es]t. Ligni Quajaci rafpatib. j.*

*liquirit. ras. 3. j.*

*Aqua fontan mensuras 4.*

Stent per noctem infusa, mane primò leniter coquantur per 6. horas, vel donec tertia aquæ pars decocta, vase tamen clauso.

De hoc decocto detur ægro mane & vesperi hora quartâ haustus sive 3. vj. pro dosi, calide tamen pro tolerantia, ac in lecto probè munitus sudet, primo die per dimidium horæ spatium, altero die per tres horæ partes, ac ita semper ascendendo ad duas horas, pro tolerantia ægri & virium ratione: non enim necessario sudor exprimendus, sed naturæ locus, & operatio committatur.

Peracto sudore linteis calidis abstergatur æger, & detur confortans, aerque liberior concedatur paulo, in primis à meridie.

Circa sudoris actum notetur, Laconica optimi esse usus vel lecti ad hoc opus parati & fenestrati, quo igniti carbones submitti queant.

Ratione constitutionis ægri observa, ne excessiva corpora ad sudorem cagas, nec Decoctum calidioribus particulis sive qualibus praeditum exhibeas, in primis etiam ubi accedit febris vel nimia sitis: In hoc casu, non nimium propinetur, Decoctum Quajaci sed Decoctum

coctum chynæ cum passulis, vel sassafras cum Decocto carnis vitulinæ aut similibus. Vel etiam ratione febris, per unum aut alterum diem abstineatur à Decocto, aut semel saltem de die sudent. Interea verò repetatur purgatio & si adhuc constipatio alvi propter febriculam detur aliquot dies ptisana laxativa vel simile.

Decoctum verò exhibeat tam diu, donec omnia symptomata sint remota, & facies colorem naturalem repeatat, quod tamen in hoc citius, in alio tardius fieri solet. Nonnullis decoctum exhiberi oportet per 30. vel 40. aliis etiam & ubi malum pertinax, per 60. dies, si semel saltem de die sudant, hinc, quoniam tam diu homines haud retinemus, bis exhibendum de die decoctum, actum si malum est recens, aliquando intra 15. dies absolvitur cura.

Ratione decocti conficiendi & exhibendi, & ingredientia, & Dosis mensurentur, respi-ciendum enim ad venenata qualia, quando vel pertinacius malum infestat, & symptomata vel benigniora vel depravata excruciant, sic vires, ætas & sexus consideranda.

Sic ubi hæc Lues calidâ dispositione notatum & biliosum prehendit, adde farsaparillam, chynam, cichoreum & similia, ne noceat Quajacum subtilitate, & si Hepar vel

Lien

Lien vel renes simul infestentur, addi possunt appropriata : ratione amaritudinis addimus passulas, anisum, fœniculum &c. v.g.

*R. Quajaci lib. B.*

*cortic. quajaci.*

*sarsparill. ana. 3. ij.*

*sassafras 3. j.*

*radic. cichor. 3. ij.*

*fl. borrag. m. ij.*

*Aqua fontan. lib. xv.*

Infusa per noctem coquantur ad tertias, de quo exhibe mane 3. vij. vesperi 3. iij. vel v.

*Vel R. sarsparill. 3. vij.*

*rad. chyna. 3. ij.*

*Aq. font. lib. xv.*

Infusa ut prius coque.

Si Decoctum cum jure carnium parandum, adde sarsparillæ in mortario contusæ carnis vitulinæ minus pinguioris lib. iij. sem. coriandri, santali citrini ana. 3. iij. coque ad remanentiam libraruim quinque, in fine adde cinamomi 3. iij. ac tum fiat expressio fortis, cuius Dosis mane 3. vij. vesperi. 3. iij. vel v.

Si Hætica adsit, adde hordei decorticati 3. iij.

Alii decoctum parant cum vino, sed melius usus tempore additur & hoc locum habet in asuetis, & ventriculo debili præditis.

*Æstivo tamen tempore dimidia Decocti pars*

pars pro una vice conficienda, quo recens maneat & gratius ægro.

Pro potu ordinario fiat Decoctum tale.

R. Remanentiam Decocti unius vel alterius prioris, coque cum aquæ fontan. fl. xv. additis pastulis majoribus & minoribus ana. 3. ij. sem. anisi, cinam. ana. 3. ij.

Si verò patiens vino asfuetus abstinere haud possit, quolibet pastu concedatur haustus vini veteris, debilioris, vel panis frustum tragæ stomachali conspersum & vino imprægnatum.

Ante utrumque tamen pastum patiens parum circumambulet, vel alio modo sibi motionem procuret.

Somnus meridianus vitetur, alvusque servetur aperta.

Verum cum non quævis natura per sudorem malignitates veneteas expellat, sed sæpe per urinam has ejicere soleat, hinc adjuvanda diuretica vis, quo facilitetur naturæ motus & promoveatur: &

Si jam docta luis curandæ methodus per Decoctanimum videtur tædiosa, in usum ve- niant acidum corruptum venenatum corrigen- tia, dulcificantia, alcalia volatilia absor- bentia & similia, ut sunt falia volatilia, C.C. vi- perar. Gran. humani, succini, Essentia C. C.

fuc.

750 *Medici præf. seculo accommod.*

*succinata*, *Essentiæ item sarsæ parillæ*, *sassa-*  
*fras &c.*

Sic Poterius admodum laudat extractum  
hoc Antivenereum, v. g.

*Rx. Cortic. ligni sancti parum contusus 3. vij.*

*rashara equidem ligni lib. iiij.*

*chyna et chyna in taleolos rect.*

*sarsaparilla minutum incis. ana. lib. iij.*

*baccar. juniperi lib. 3.*

*sem. card. bened.*

*carviana. 3. iiiij.*

*Fol. succise.*

*scabiosæ ana. m. iiiij.*

*radic. cyperi.*

*vincetox. ana. 3. ij.*

Infunde omnia parum coutusa in s. q. vini  
albi generosi, & fiat s. a. Extractum, cui ex re-  
manentia, paratum sal, & oleum, ab empyreum-  
ate, repetitis cum aqua simplici cohobatio-  
nibus, liberatum, adde, vel addito spirit, vo-  
latili alcalino, aut sale volatili in elixit volatile  
redige.

Maximè alii commendant curam per mer-  
curialia, & hinc excitatam salivationem insti-  
tutam, sed curiosa hic opus est cautelâ, ne bi-  
liosis, & copiosis resolutis & actioribus humo-  
ribus repletis corporibus, eam adhibeamus  
curam, quia in his malum augeretur.

Hinc concedatur saltем in eis, ubi viscidi-  
tas

tas humorum aliis debilioribus vel lenioribus  
prædictis, præmissis, solvi minimè potest, sed  
subtilioribus Mercurii acidis particulis resolu-  
tioni aptis, sola cura absolvi posse, putamus.

Observetur tamen præterea, ne in debilio-  
ribus hanc instituamus curam, nec in eis, qui  
ulceribus oris sunt vel fuerunt obnoxii, vel an-  
gina infestantur, item qui paralyssi, tremore,  
macie vel Hectica prehensi, aut admodum se-  
nilis ætatis vel puerilis existunt.

Inunctionio instituatur in loco calido, fortius  
in inveteratis ac robustis, sed per triduum pri-  
mò inungatur tarsus & quidem membra circa  
articulos primo circulariter, postea deorsum.

Si salivatio succedit, ore continentur ar-  
millæ vel nummus aureus sàpè mutandus, &  
igne purgandus.

Si evacuatio mediocris facta fuerit, laventur  
& foveantur artus vino malvatico, rore mari-  
no & castoreo infuso, vel utantur Balneo, &  
postea inungantur artus oleo castorei, succini  
&c. cum vino malyatico, vel simili nervino.

Si patiens secunda inunctione exspuere in-  
cipiat, addatur tertia & sufficiet: instituenda  
verò inunctionio 4. horis ante prandium. Præ-  
misso si opus est clystere, æger se ipsum inun-  
gat, ne alias inungendo sibi ipsi salivationem  
adsciscat.

Fini-

Finitur hæc cura ut plurimum per se intra 10. vel 15. dies, intra quod tempus patiens cibandum ovis forbilibus, jusculis carnium, gallinatum, caponum, optimæ nutritionis.

Pro potu præter Decoctum lignorum secundarium; concedatur in prandio & cœna haustus vini generosioris.

Quando verò finita salivatione & dentium vacillatione, & ulceribus oris sanatis, ita ut cibi duriores reassumi queant, symptomata tamen nondum cessent, inunctio instituenda de novo, & procedendum ut prius donec symptomata cessent.

Si verò salivatio non succedat, per alia evacuandum ne maneat in corpore Mercurius.

Notandum verò Mercurium sæpiissimè vires suas exererentur non per salivationem, sed per insensibilem transpirationem, aut sudorem, vel per urinam: quorum tamen effectuum uno vel altero viso, adhuc unâ vice inungatur patiens & sufficiet.

Notandum verò optimè, ne vel in excessu, vel defectu peccetur, ne illo æger perdatur, hoc verò malum protrahatur.

Intra hoc curationis tempus nec lectum nec indusium mutetur, ac purgatio & V.S. vietur.

Incipere verò solet salivatio quarto vel quin-

quinto, sēpē etiam decimo, vel decimo quarto die, ubi malum est pertinax & tenacitas humorum prævalet.

Siverò salivatio nimis cito finitur, inunctio repetatur per dies aliquot.

Jam si salivatorii remedii formulam velis,

R. Mercurii vivi saliva extincti 3. vij.

axung. suilla 3. viij. vel ung. pomati.

misce, optimè terendo per integrum horam, tunc adde

Olei lauri.

juniperi ana. 3. j.

quibus iterum mixtis adde

castorei pulv. 3. β.

croci 3. j.

cera. 3. β.

misce, ut fiat unguentum, & si lubet adde Moschi Zibethi pro lubitu.

De hoc unguento inungantur quotidie prodosi 3. ij vel 3. β. linteo prius fricatis locis inungendis, scil. juncturis attuum omnibus, plantis item pedum.

Fit vero inunctio semel in die, vel mane hora una post ovum sorbile, vel jusculum, vel vesperi aliquot horis ante cœnam.

Si inunctio non arrideat, potest excitari salivatio per assumpta præcipitata, ita ut primo die exhibeantur unius vel altetius gr. v. cras,

gr. x. sequenti die grana xij. & ita inseguenter donec salivatio incipiat.

Quoniam verò hanc curam molestissimam sapissimè sequi solet dentium casus & vacillatio, hinc huc respiciendum suadetur, quo tueantur dentes, ne humores affluent eos perdant. Non verò adstringendum, sed detergendum, ac primò colluatur os lacte calido, postea verò misceatur Decoctum Quajaci moderatè cum aquâ rotatum & succo plantaginis, ac vino austero rubro, eoque os eluatur.

*Vel* *rx.* *Radic. bistort.*

*fol. salv.*

*flor. balanst.*

*nuc. cypress.*

*cortic. mediaſt. prunor. sylvestr.*

*mastich. ana. ȝ. ȝ.*

Coque cum vino austero, & adde mellis squillitici pro lubitu, cumque hoc fiat oris collutio.

*Vel, in usum veniat Tinctura terræ catechu,*  
*cum tinctura laccæ remixta, de quibus vide*  
*plura supra inter odontalgia.*

Jam symptomata consideranda veniunt, quæ hanc luem ut umbra corpus sequuntur, non verò omnia simul infestant, sed mox hæc illum, mox alia aliud afficiunt, pro constitutionum & particularum diversitate, & peccantis materiæ sive humoris dispositione.

*Sive-*

Si venereum virus in glandulis inguinalibus coagulationem instituat, & Tumoribus vel

## Bubone

inguina notet, præter curam per sudorifera institutam externa non negligantur, ubi tamen abstinendum à repellentibus, & aperientia quo citius, eo melius in usum veniunt, non tamen planè crudi, sed semi-maturi aperiantur, vel causticis, quæ tumorem acido inducunt crudiori, penetrantius calefaciunt & perterebrant; vel Fetro.

Imponatur ideoque ab initio seq. Emplastrum, quod singulis sex horis renovetur, quo optimè emolliatur bubo, ut tum cauterio vel lancetta referari queat, v. g.

℞. Gummi ammon.

galbani ana. ℥. iiiij.

solve acetō, exprime & coagula, addo

therebint. ℥. j. 6.

Bals. sulf. Rulandi ℥. j.

Empl. diachyl. simplo.

de meliloto ana. ℥. ij. 6.

cere ℥. ij.

mis. fiat Empl.

Bbb 2

Emol.

Emollito & aperto ulceri imponatur therebintina lota ex decocto quajaci, cum melle ad brunitatem cocto, & ultimo per Emplastrum Oppodeldoch ad sanationem perdatur.

Si verò dolor simul concurrat & excruciet, imponatur cataplasma mitigativum, cum Decotto quajaci confectum, v.g.

*R. Fol. malv. m. j.*

*farin. alth.*

*fænugrac. ana. 3. ij.*

*axung. anat.*

*olei anethi ana. 3. j.*

Coque cum decocto quajaci in formam cataplasmatis.

Si tumores glandularum inguinalium vel bubones statim post coitum impurum oriantur, cucurbitulæ, vel alia attrahentia applicentur, quo virus gallicum extrahatur, ne regrediatur & sanguini communicetur, ac totum corpus afficiatur lue.

Si tandem venereum acidum eò invaleat, ut circabrachia & frontem, lympham gypsea duritie coagulet, ut oriantur exinde tumefacti tuberculi.

### *Gummatum vel Tophi*

nomine insigniti, veluti gummi arboribus innati & indurati, concurrente sâpe meduloso

loso ossium nutrimento , hi raro curantur, nisi ferro. Si tamen trophi non admodum sint indurati, tum si quid efficiendum restat medicaminibus,id efficiet sequens vel simile, v.g.

*Rx. Sem. sinapi.*

*r. d. (ymphyti major.*

*bryon. a ia. 3. ij.*

cum urina fiat cataplasma, quod calidè sèpius imponatur.

Et si Melicerides sive tumores molliores gallici præcedant, qui discernuntur à vulgari bus duritie , (nam ad trophi duritiem hi plerumque veniunt,) & dolore noctu plusquam interdiu excruciente; Tum primo tentetur discussio per purgantia, & post per Empl. Diaphoretica, vel Cataplasmata , Emollientia , si yetò hisce nil efficitur , ad aperturam confundiendum.

Inter emplastra Diaphoretica laudatur sequens.

*Rx. Empl. diaphoreæ.*

*melilot. ana. 3. B.*

*vigonis cum duplo Mercurii. 3. j. B.*

misce cum oleo circulato de arthriticis notato, & fiat Empl. quod applicetur.

*Vel Rx. Succi semperviv.*

*kyosciani ana. 3. B.*

*axung. human. 3. ii.*

ol. litor. alb.

chamomill. ana. 3. ij.

coque ad consumptionem succi, tum adde

japonis & eneti 3. ij.

Mercurii sublimati 3. iiiij.

anumon. crud. 3. iii.

Opis.

mumiae ana. 3 j.

ladan. & cereana. q. s.

fiat s. a. Emplastrum.

### Verrucæ.

Sæpè oriuntur innumeræ, quædam sessiles, quædam non, duræ tamen ut cornu. Sessiles removentur spiritu nitri aliquoties tacti, vel sequenti Emplastro.

R. Gummi ammoniaci aceto soluti 3. j. R.  
virid. eris 3. j.

Ieniigne ad spissitudinem cocto adde  
crani humani calcinati 3. j. R.

pulv. aristoloch. rotund. 3. R.

misce, fiat Empl.

Si pendulæ sint verrucæ, possunt ligari pilo  
equino vel filo serico, quo tandem denegato  
nutrimento exarescant & decidant.

Si Pustula cutem defecant vel cum vel sine  
crusta, in variis corporis partibus, tum partie  
habeatur ratio, v.g.

Si in

Vel

Si in faucibus erumpant, tum fiat Decoctum scabiosæ cum lacticis sero & pauco alumine, vel Decocto quajaci adde aquæ plantaginis pro lubitu, & cum aqua aluminosa Fallopii acutum applica pro repetita oris collutione.

Reliquæ corporis & cutis pustulæ curantur cingulo Mercuriali, vel unguento Mercuriali leviter exhibito, & juncturis inuncto.

Si venereum virus inducat

### Cariem Penis,

ejusdemque inflammationem, vel pustulas aut ulcuscula : tum Universalibus præmissis deveniendum ad alexipharmacum hujus luis, sed mitissima propter partis mollitiem.

Et si caries sit levis, rem expediet aqua calcis vivæ, v.g.

R. Aqua calcis vivæ 3. vi.  
plantag.  
folans ana. 3. ii.

misce.

Et si inflamatio adest conjuncta, addo

sacchari Saturni 3. i. vel. 3. ii.

Vel Elixit Balsamicum applicetur.

Bbb 4

Sive.

Si verò caries introrsum protendatur, & carunculæ oriti velle videantur, tum in tempore occurrentium sequentibus candelis cereis inunctis & urethræ immisis, bis vel ter de die renovatis, donec ulcuscula, vel excrescentes carunculæ sint ablatae, v. g.

*Ex. typhargyr. aurei.*

*flor. sulfur. ana. 3. iiiij.*

*zbutia. praparat. 3. ij.*

*minii. 3. ii.*

*unguent. Egyptiaci 3. i.*

*mellis rosati. q. s. misce, fiat unguentum*

*pro inungendis candelis.*

Si verò carunculæ sunt absumptæ, tum consolidatio absolvatur Saturni & Mercurii amalgamate, pulverisato & ung. diapompholigos remixto, & cum dicta cerea cedula urethræ immisso.

Si ulcera sint in sinu muliebri, confert unguentum diapompholigos, vel unguentum rosatum cum Mercurio dulci, aut injectiones ex Decocco Quajaci cum aloë, vel Elixire balsamico, & si dolor simul concurrat, possunt addi mucilagines radic. altheæ, sem. lini, psyllii, cydonior, &c.

Postea ad consolidationem optimè convenit unguentum de minio cum amalgamate Saturni & Mercurii commixtum.

*Sina-*

Sinates ulceræ notantur, (hisce enim sæpè hæc lues infesta est, ut dentibus scorbutus) tum conduceit optimè Elixir balsamicum, quod & rhagadibus & fissuris, manuum, oris, pedum, medetur.

Quibus verò necessario exeundum, eis pro plantarum fissuris paramus soleas ex gummi ammon. galbano, mastiche, cerussa cum oleo circulato, & corio inducto, ac calceis immisso.

### *Si Gonorrhœa gallica*

oriatur, conducunt therebintinata, Decotto quajaci combinata: (Si verò virulentia accedit, non nisi integrâ institutâ cedit curâ,) vel mercurialia, inter quæ multi commendant præcipitatum viridem, cum therebintina & ovo sorbili aliquoties exhibitum, à quo tamen fluxus primo augeri, mox tamen educita purulenta materia perfectè cessare perhibetur.

Si internè exulceretur virga, injiciatur mucilago radic. alth. sem. lini, cydonior. cum aqua rosarum portulac. solani ana. facta, addito modico Elixire balsamico.

Si verò carunculæ oriuntur, ut supra dictum,

Bbb 5

pro-

procede, vel tales candelas immittendas patabis.

*R. Cera alb. p. iiij.  
eruginis.*

*Mercur. præcip. ana. p. j.  
thereb. p. ij.*

misce, & fiant s. a. candelæ, sed saltem eo in loco hac mixturâ obducantur, ubi carunculis applicari posse putantur, diligenter enim observandum, ut solum tangatur caruncula, ne sanâ pars lœdatut.

Alias si gonorrhœa sit simplex, nec Gallico contagio inducta, Blegni seq. commendat pro absoluto, v.g.

*R. Aq. rosar.*

*plantag. ana. lib. j.*

In his solve *sacchari candi. lib. j.*

*aluminis ȝ. iiij.*

*camphor. ȝ. j.*

adde his *Eyergassen* 600.

misce & destilla, ac de hac aqua exhibe mane & vesperi hora quarta ȝ. iii. continuando donec optatus emergat affectus.

*Vel R. Decociti C. C.*

*Quajaciana lib. j.*

*amygd. d. excoart.*

*pinear. recent. ana. ȝ. iiij.*

*sem. melon. ȝ. ii.*

misce & saepius exhibe.

Tan-

Tandem si Lue inveteratâ, omnia alia medicamina irrita videntur, consule Mercurium Helmontis Diaphoreticum, hic tibi dabit expeditam curam, non in hoc solùm horrendo malo, sed aliis maximis corporis affectibus, præstat enim id, quod Medicus optare modò velit, quia morbis dulcem imperat quietem, & sanitatem jucundam reddit profine.



## SECTIO II.

Puerilium affectuum Observatio-  
nes promulgat.

---

### CAPUT I.

Ea, quæ primis puerperii diebus &  
horis, velquæ postea tam circa dia-  
tam, quam educationem reliquam  
consideranda sunt, tradit.

Pa-

## Paragraphe I.

**M**utabilis vitæ nostræ & instabilis conditio, ut ut omnibus communis videatur mortalibus, in primis tamen infantibus proptia magis esse videtur, cum tenera eorundem constitutio, eorumque minus valida viscerum structura, nondum exaltato sufficienter spiritali vigore, quoscunque post annatos sub nutritione commissos errores graviter persentiscat: unde postmodum fœcunda morborum exoriuntur conciliabula, quæ per totum subinde vitæ cursum pernitosos progignunt fructus: hinc perversa infantum tam nutritio, quam educatio reliqua, ex quibus omnes infantiles morbosæ ærumnæ feracissimè scaturiunt, curiosè indaganda.

Posteaquam itaque in lucem hanc miseriis infinitis læpius obscuratam, fuit editus infans, diligenter propiciendum ne infantiv vel in defectu, vel in excessu si peccet sanguis, ex umbilico resecando extrahatur: subito namque & quamcito post extractam secundinam (quæ post editum fœtum sequi citò debet,) umbilicus resecetur hac methodo: videlicet quando fœtus jam egressus, obstetrix hunc sinu suo, molli calidoque linteolo involutum paulum recon-

recondat vel seponat, & secundinam excernendam observet, quæ si ex voto haud citè sequatur, obstetrix interim infantis curam ultiorem suscipiat, & in ejus vena umbilicali contentum sanguinem, digitis suis versus secundinam blande compellat, ac latitudine digitorum trium circiter à ventre mensurando, ligaturam umbilici, nec nimis duram, nec laxam nimium instituat, ab hac verò ligaturâ, sex circiter digitorum latitudine umbilicum, reliquæ venæ umbilicali secundinæ adnatæ cohærentem forficere scindat, particulam vero umbilici reliqtam linteolo mollibutyro recenti illito involvat.

Non minima videtur cautela, quâ cavemus, ne umbilici ligatura illegitimo instituatur modo, cum pro longitudine sua, vel brevitate quam ex ligatura acquirit, variet partes genitales infantis: Pueris namque quibus vel brevior vel longior relinquitur umbilici particula, vel brevior vel longior inde fit virga, pueris verò hac ratione uterus vel altius aut humilius locatur.

Quemadmodum enim viris quibusdam genitale longius est, quibusdam brevius, sic diversis mulieribus canalis ille ad os uteri usque longior aut brevior sit, non ex hac solùm causa, sed ex accidenti etiam, prout nimisrum  
in hoc

in hoc aut illo partu per anhelitum ut fieri solet & debet, plus minusve uterum illa retraxit.

Hinc si vel obstetrices vel puerperæ hujus rei sint negligentes, contingens est, ut uteri procidentia facile subsequatur, aut cum immedicabili asthmate sterilitas, si nimis uteruſ retractus fuerit altius: vel propter altiorem aut humiliorem locationem mariti penem, si paulo longioris fuerit, profundius aut minus profundè admittere possit.

## II.

Prægressis ritè observatis, & si infans benè degat, ejus *Balneatio* adornetur, quo sordes decedant externæ, ac artus explorentur exteiiores motu blando. *Balneum* autem, cui herbae quædam pro vatiis muliercularum credulis intentionibus incoqui possunt, non nimis calidum applicetur, ne tubescat delicata ac mollis cuticula, atque tum color per vitam inducatur nigricans.

*Quæ ideoque matres delicata alba cute ornatas exoptant filias, eas temperatè admodum ut balneent sua forero: Qui saponis paulum balneo addunt, non errant, nec qui prima septimana quotidie, reliquis verò alternis aut tertiiis diebus, addito paucō lixivio, infantes lavant donec nitidi devenerint: Cuticula namque*

que in forma lentoris aut squamarum s̄epius adnata decorricari sic assolet, quod tamen in his citius, quam in aliis fieri consuevit: tunc verò cutis vel lactea vel nigricans aut aspera evadit pro balnei temperamento & ejus adhibitionis modo: Balneum enim coctum cum reddit asperam, hinc aqua balnei cum infusis per noctem speciebus ex *malva*, *mellissa*, *lavendula*, *furfure tritici*, &c. facculo inclusis, mane leviter incalescat, ac hactum quantum sanitatis & in specie virium permittit ratio, crebra instituatur ut dictum balneatio, post balneum verò semper curiose abstergatur, & à frigore arceatur infans.

## III.

*Si infans ex partu difficili debilitatus extet, nec respiret, vel ejulatione vitales vires prodat, instilletur ei aquæ vita mulierum, cinamomi, vini malvatici aut saccharati paulum, ac caryophylli masticati, vel succini accensi odore anhaletur.*

His nil efficientibus & excitantibus, una & altera gurtula ex cerea vel sebacea candela accensa nuchæ instilletur, cum moderamine tamen ne aduratur nimium mollicula cutis: vesiculos verò excitari non nocet, quin potius efficacius operantur: Et præterquam quod respi-

respirare facile faciat subita hæc alteratio dolorifica, admodum conductit restinguendis, non raro exsurgentibus motibus convulsivis à cerebro oriundis.

*Obstetrix etiam vel nutrix lingue adnata respectum habeat, quod observet, si infans papillas non bene comprehendat, vel bene sugat, tunc verò separanda vel ungui, vel si fortius adnata, lancetta. Reiteranda verò sèpius hæc solutio, cum non raro coalescat rursus, etiam in infantibus aliquot annorum, ac tum loquela admodum impedit.*

#### IV.

Cum sub formatione & nutritione fœtus in utero ut plurimum *recrementsa* quædam *Hippocrati* dicta, ab aliis *Meconium* vocata, internellis intestinis recondita lateant, quæ nisi maturè expellantur, vel obstructions aut lactis nutritivi distributionem impedianc ac formina inducant, vel Epilepsiam ipsam excitent, hinc Practici celeberrimi, antequam lac vel pulticula præbetur, exhibere præcipiunt oleum amygdalarum, vel cum manna aut aliis laxante vi præditis remixtum, v. g.

*rx. Mannæ el.*

*sacchar. penid.*

*pulp. passul. ana. 3. S.*

*sperm. celi 3. S.*

*oleo*

*olei amygd. d. 3. v.*

*anisigutt. viij.*

*julep. rosar. 3vj. misce.*

hujus pulticulae cochleare dimid. exhibeatur.

Excell. D. Ettmüller in suo valetudinario infantili nobis commendat *syr. de spinacervinum melle confectum*, & cum oculis cancri commixtum, quem vix fallens evacuans, quo meconii vel sordium aliorum acescentia, furro lactis suetui per quam nociva, evacuari & coerceri queat, suppeditare afferit. Vel

*R. Pulp. passular. min.*

*syr. de cichor. cum rhabarb. ana. 3. iiij.*

*ocul. cancri præp.*

*corall. rubr. præpr. ana. 3. j.*

misce, & de hoc parvulis propinetur cochleare.

Alii primis tribus diebus *Marchionis pulvrem* ad gr. v. exhibitum, admodum laudant, cum præcipitante vel absorbente vi præditum perlentiant.

Alias primis viginti vel circiter horis infans tecens natus *non cibandus*, nec lac præbendum, ni observetur famem eum torquere, cuius signum præsto est, si vel linguam, vel immisum ori digitum sugat, & ploret.

### V.

Infantes qui difficulter nascuntur, gravi rutsus morte perire creduntur.

Ccc

Cff.

*Cuticula Amnion*, ab aliis *galea* vocata, si simul cum infante nascatur, fortunam ei indicare dicitur: at experientia multum reclamat, cum dentur tales qui minimè fortunati. Ast cum hoc *accidat eis qui facili partu excluduntur*, & ubi cuticula hæc maturitatem perfectam nocta fuit, hinc sanitatem longævitatemque præfigere credibile est.

Sic & quibus umbilicus citius decidit, minimè longævi ab aliis habentur, & contra quibus tardius.

Infantes si pallidi admodum hanc lucem vident, signum est constitutionis debilitatis, nisi inde ortum pallor traxisse videatur, quod mater ante partum diutius cibo abstinererit. Rubicundus præterea color plus fortes denotat.

## VI.

Quod si nævi obseruentur, obstetrix eos per optimè & subito fricet *scindina calida*, & si hoc medio non cessent, illinantur sæpius *succo ex viridibus nucum juglandum cortieibus expresso*, ac nigre scet cutis, quæ separatur. Si verò nondum sublatus videatur semel inunctus nævus, reiteretur sæpiissimè inunctio cum dicto nucum asservato succo, atque hac methodo nævi minores facile auferuntur.

Quod

Quod si verò stigma profundiores egerit radices, cujuscunque etiam sint formæ, nunquam tangentur Chiturgica manu, ne exulceratione inducta major inducatur deformitas, vel in præsentius periculum homo præcipitur. Interim alii ad nævos empyreumaticos, si genas defœdant, admodum laudant, linatum matris repetitum, & per tempus continuatum, quo nævus collum versus, vel alio ubi minus conspicuus fiat, compellatur. Hoc verò opus matres, vel uxores maritis sæpè injungunt, cum efficacius operari credatur: rem experientia comprobata observavi.

Item si matres filias altâ fronte ornatas exceptant, puerperii diebus eas diligenter lingant jejunis hotis retrorsum occiput versus, atque hæc matrum cura & sollicitudo sit.

## VII.

*Capilli si qui simul nascantur in balneo eradicantur vel novacula abscindantur, & squamulæ subnatae deglubantur, alias scabiosi & furfurosi facile evadunt.*

Sunt, qui, ut capilli bellè crispentur, ante balneum caput vino generoso albo abluunt: Alii novacula sæpius capillos abradunt crescente lunâ, primoque anno, quo eundem

effectum præstant, & multò meliorem, cum capiti admodum conducat, & poros ejus recludat.

## VIII.

*Infans fasciis rite involvendus*, ne brachia vel crura incurventur, et si alii contra haud fasciati recta membra acquirant. Hoc tamen commodi ut plurimum in recens natis fasciandi nodus habet, quod si brachia ligentur, non facile ex motione eorundem terreantur & inquietentur parvuli.

Sic etiam capitis figura deformata, hac methodo corrigitur & vel rotundior vel longior effingitur pro matris lubitū.

Nasus item si vel depresso vel acuminatus nitium videatur, hoc modo formam adsciscit debitam, si vel attrahatur vel deprimatur diligenter.

Sic pedes incurvi hac via corrigitur.

## IX.

*Parvuli medicaminibus & sudoribus sunt affuefaciendi*, ne aversionem exinde concipient, atque eo melius cum ægrotant, tractari queant. Interea tamen non ejus opinionis me quis judicet, quod infantibus sæpius medicamina porrigerere debere suadeam, sed potius quod parca manu eadem propinemus, quo ipsa natura sui curam suscipiat.

AG

Ast judicio hic opus, ne naturam suceum-  
bere permittamus: Major enim Medici pru-  
dentia est nosse quando medicaminibus opus non  
est, quam ordinarie medicamenta morbo congrua.  
Lange Recept lange Curen: & Medice vi-  
vere est pessime vivere: aut enim morbidus est  
qui ita vivit, aut morbidus fit. Philosophicè  
verò vivere est optimè vivere, quia sic secun-  
dum naturam vivitur, nec morbis occasio da-  
tur.

## X

Consideranda porro se offert ovum &  
quoniam matrum & infantum, in morbis &  
membris affectis: Infantibus enim innatas ob-  
servamus tam affectiones & cogitationes,  
quam morbos matrum, & quicquid gravidae  
evidenter & singulari quodam desiderio vel  
efficiunt vel sentiunt, id fœtui imprimitur, ut  
pote Venus, ira, pudor; sic singularis in cibis de-  
lectus, exercitium item memoriarum, gaudium,  
tristitia, terror ab insolitis & repentinis objec-  
tis eis adhæret.

Sic & extra uterum sàpè illi compriuntur  
affectus oculorum, matribus antea commu-  
nes, tussim item, dolorem colicum, strangu-  
riam, alvi obstructions, vele ejusdem fluxum,  
erysipelata & similia. Nonnulli incurabilem  
& phthiseos & Hectices inclinationem reti-  
nent, &c.

*Infantes quando sitiunt, ubera matris preter voluntatem lac fundunt, licet ejus copia non adsit, vel infans & mater longius ab invicem distent.*

At hoc non omnibus, nec ex hac semper & sola causa matri accidit, quemadmodum cruentatio interfectorum non semper fit præsentibus homicidis, vel cum ea accidit homicida etiam non præsente.

Item cum infans moritur, plerumque ante mortem lac evanescit; vel cum mures linteas rodunt quæ lacte perfusa fuere, idem effectus præsto est.

Atque hujus rei diversa & varia dantur experimenta circares naturales, quæ si quis non credit nec intelligit, discat quod spiritus natura sit prior corpore, & ex spiritu omne generetur corpus quod generatur, quodque omnis generatio & omne contagium sit in spiritu & ex spiritu, quod spiritus sint & moveantur etiam absque tempore &c. rūv, &c.

## XI.

*A frigore etiam arceantur parvuli, si enim ex hoc vel in facie, vel manibus & pedibus laeduntur in delicata sua juventute, nunquam cutem obtinebunt lacteam, sed squalidam aut subfuscō rubicundam, generi fœminino exosam eam per viam servant, quod curiose obseruent matres.*

## XII.

## XII.

Naturalis quædam & singularis facultas adscititia est, quod infantes nonnulli admodum sint quieti nec multum plorent, alii è contra vagientes, clamosi & sordidi.

Interea tamen multæ dantur causæ quæ infantes inquietant, quos quidem docti tanquam superstitiones rejiciunt, cum corporalia corporaliter tractent.

At diligentes matres plurimum harum rerum observant, quæ nec Plato, nec Aristoteles vel Galenus notarunt, v. g. Si fasciæ à meridie Soli exponuntur, vel vesperi post occasum Solis in aere diu reliquuntur, infantes qui his involvuntur dulci privantur quiete, & hoc mirum quomodo Sol à meridie, & post occasum, eundem præstet effectum nec alio tempore tale.

Sic si parvuli cum in locum portantur per quem vesperi lassat & diurno labore bestie stabulum repetunt, similiter eis quies adimitur. Sie kommen aus der Russe. Interim hi plus alii minus offenduntur, juniores namque magis quam adulti afficiuntur.

Item cum infantes citius quam debent excusitantur, vel ultra consuetum tempus à quiete arcentur, & in somno turbantur, prava quies sequitur. Hinc certæ eis horæ destinentur quibus cibantur, quibus elevantur, quibus excitantur, & quibus somno destinantur, &c.

Motiones fortiores vitentur tam animi quam corporis ex his enim somnia enascuntur terrefacientia & inquietantia. Observamus hoc cum saltando parvulos præter modum, vel risu nimio exercemus, aut terrefacientia eis objicimus, quod noctu hæcadmodum persentiant, & juniores plus quam adulti, quorum phantasia variis aliis objectis jam firmata magis degit : Et cum diutius ita incommodentur, tandem in consuetudinem inquietudo degeneret vel morbum.

Non item benè dormiunt, qui reliquo corpore calidè nimis testo pedes denudatos habent, ac ita sibi varia mala adsciscunt, melius ideo tegumentum temperatum esto, ne vel pedes vel pectus denudandi ansa detur.

Nec etiam benè dormiunt illi parvuli, quibus caput altius locatur, proptereaque situs æqualis sit. Fortiter quidem illi dormiunt, quorum caput reliquo corpore humilius locatur, at hoc sensus obnubilat: in omnibus ergo his temperies notetur.

Dantur porro aliæ inquietationis causæ, v.g. cum stramen cunearum haud sèpius mutatur, nec fasciæ mundæ & siccæ adhibentur, vermiculi eis innascuntur præprimis hyeme, quod mirum, cum æstate rarior eorum sit generatio: hi verò vermiculi infantes neque mordent neque

que fugunt, & tamen eos ita incommodeant, ut atrophiam sàpè inde incurvant parvuli.

Stramen item cunearum vel fasciæ si comburuntur, similem inducunt effectum, sed quæ causa? quod extra corpus, & contactum, adeoque extra omnem infantis sensum, etiam multis partibus seclusum officiat infantem dicta straminis vel fasciarum combustio, an elementares qualitates absenter, & in absentia agere posse putas? equidem non credibile, sed alia & rôr rôr à grecis saepe causæ dantur, quorum ope qualitas ablatio & exusto stramini additur inquietandi parvulos, & contra, ut pote cum stramini, cuius fasciculo infantis caput in balneo impositum fuit, insans sufficiatur, quietem recuperat.

Res verissima & plurimis rusticis absque superstitione nota & saepius experta.

Negent hoc qui velint Galeni affecta, & cum Aristotele ex qualitatibus elementaribus hanc sententiam stolidam exclament, nil impedit.

Vix eis auditum est secundinam in sterquilinum defossam, aut alias negligenter tractatam, facere si non agrotam puerperam, attamen decoloratam per omnem sàpè vitam: hinc propter hanc causas refossam aliterque defossam cum euopeiæ sanitatem intra triduum vel quadrivium attrulisse, aliquoties memini. Secundinam nimis salitam (sane namque conditio-

**I**let,) puerperam reddere sitibundam , mulierculis non tam persuasum quam cerebra experientia comprobatum, &c.

Jam Magiam naturalem & innoxiam discat qui potest, & talia credet & intelliget.

Porto si parturiens è locatur , ubi ante multos annos cadaver hominis demortui repositum fuit , vel in quo loco homo exspiravit , non pariet parturiens donec transferatur aliò : hinc in nonnullis terris non inutilis mos servatur parturientem illuc locare, ubi mensa solitò locum obtinet, cum ibi raro mortuis locus detur.

Hanc rem nisi expertus fuisset aliquoties su perstitionem credidisset.

Præterea optimè notum, quantum sit contra fœcunditatem fascinum in mortuis & contingentibus mortuos. Quarum actionum modus ex spirituum doctrina sat cognitus.

Sic si primus congressus conjugalis fit in lecto cui quid de stramine vel linteis inest , quibus cadaver humanum ante impositum fuit, isti conuges aut fiunt steriles, vel nullos infantes, aut raro servant.

Et quis est quem lateat , quantum valeat ad tollendam virilitatem acus, quâ olim cadaver humanum compunctum fuit, defixa in loco ubi matitus urinam reddidit.

At

At hæc multis impossibilia creduntur, cum nec ex elementis vel corporali contactu illis exortum videantur duxisse, nescientibus non corporum sed spirituum hæc producta, ad quorum actiones percipiendas nostri sensus admodum sint inepti. At discentilli qui Aristotelis ἐργασίαι σωματικὴν quid σωματικὴν, quid item degeneratio caloris naturalis in igneum, quidque ille sit, & quid differat ab elementalī igneo: sane non omnes causas in elementalibus qualitatibus investigarent.

Cumque hoc modo parvuli quiete privantur, nutrices somnolentæ admodum laudant capita papaveris, & exinde parata medicamina v.g. recipiunt duo vel tria capita papaveris, incisa minutim coquunt cum lacte vel cerevisia, & de hoc decocto sèpius cochlearia propinuant. Ast cum hæc prædictis non observatis irrita non solum sint, sed insuper hæc & similia ex papaverinis vel opiatis parata, ad stupiditatem, oblivionem & majorem sàpe somnolentiam quam par est disponant, hinc vel plane omittere vel externè saltem si opus, applicare consultius erit, actum folia papaveris recentia fasciis supposita, vel pedum, capitum papaveris decocto lotio, vel radices hyoscyami vino incoctæ, & cum petiis capiti & pedibus calidè applicatae sufficiunt.

Alias

Alias admodum laudatur mandragoræ radicis drachma, cum vino ad tertias decocta & cochleatim propinata.

Non enim ejusdem cum opio, solano, hyoscymo &c. naturæ esse observatum fuit, protereaque etiam absque omni noxa in magna quantitate exhiberi posse expertum est: moderare namque absque omni detimento refrigerat, animales spiritus purificat, hinc maniacos quietat, quod neque opium neque hyoscymus efficiunt, licet somnum inducant.

Provocat mandragora menses & hæmorrhoides, attemperando & confortando, insipida est inodora, ideoque omnis excessus expers. Fœcundas item reddere mulieres experientia docuit.

### XIII.

Quoad possibile parvuli cunearum motus non sunt assuefaciendi, propter incommoditates quas noctu creat continuus motus.

Duplex datur cuneatum motus, prima species caput elevat, pedes deprimit & vicissim, non admodum est conveniens.

Altera quæ ab uno latere in aliud parvulum movet melior, imprimis illa motus species cunarum pendularum, quæ intra circuli sit circumferentiam & latera elevat, secus quam in terrâ movetur ac latera deprimit.

Pro-

Providæ matres lectui item suo parvulos non imponant noctu quo ad ubera dormiant, & hoc propter periculum & suffocationis metum ut expertum fuit sæpius, sed lactatos cunneis suis rursus immittant.

## XIV.

*Parvuli porro diligenter arcendi ab insolitis motibus terrefacientibus, clamoribus, sonitu, doloribus repentinis, vel ab igne vel istu &c. nec multum ridere eis conducit, cum noctu hæc non tardè eis appareant ut terreantur, sæpius item exinde convulsiones patiantur, vel ad alia per vitam sæpius non corrigenda mala præcipitentur.*

In somniis territi nomine suo compellandi, & nomine Jesu benedicendi.

Pro præservatione collo eorum appendantur *corallia, semen pæoniae, lapis carneolus*, vel quod hæc antecellit *Electrum minerale immaturum* ab *Helmonte* tantopere laudatum & in immundo spiritu simul liberando commendatum.

Præterea non titillentur *multum*, nec saltibus nimis exerceantur, cum illud loquela difficultem, hoc verò sæpè artuum luxationes eis contrahat.

Si cum parvulis matres vel nutrices ludunt, caveant ne fortioribus palpis eorum os percussiant,

tiant, cum exinde difficulter dentiant & diffi-  
cilius loqui discant, quod etiam fit si caput  
molliculum duris excipitur iectibus, unde non  
tarò planè muti & surdi evadunt.

Item si à tergo verberibus fortioribus tra-  
ctantur, wann man sie viel im Rücken  
schlägt/ balbi facillime fiunt.

Si corrugendi vel pœnis afficiendi plus adul-  
ti, virga id fiat, quæ magnas vires obtinet non  
secundum Ethicam solum, sed multo plus se-  
cundum Physicam & Medicinam. Et si Pa-  
rentes quibus utplurimum infantes motiun-  
tur nec vix eos educunt, si dico isti virgam  
consulerent, cum inobedientes, contumaces,  
pertinaces sunt, pro Medicina eis conduceret.

Ast hoc paradoxum quam certum est se-  
cundum Physicam, tam multis incredibile vi-  
detur.

Dantur Parentes qui suos filios irrationabi-  
lius quam suos canes educunt, quippe illis  
omnia remittunt, in his minima non castigant,  
putantes filiis minima non opprobranda, cum  
tamen hæc non permittenda ne majora se-  
quantur vitia: exemplum Æsopus habet.

Bestia canis unius mensis ad virginem se  
accommodat, quid ni unius anni infans, & qui  
in sua juventute male educuntur, crescenti-  
bus annis nunquam meliorantur, hinc utplu-  
ritum

rium Herorum filii noxae, nulla alia ex causa, quam quod absque pœnatum metu educati sint, quippe qui acumen ingenii addit, quo illi ut plurimum tunc destituuntur. Et hac methodus Altissimi est quâ humiles extollit superbosque repellit.

Interim infantes si castigandi non hoc fustibus sed virga fiat, in hunc finem à Deo benedicta. Patres verò huc respiciant & educationis præcipue curam habeant, cum vel matres lenius. aut si novitæ irrationabilius liberos tractent.

Cum ratione verò pueri castigandi & asuefaciendi, quo discant compescere iram & cedere superioribus. Ad sanitatem namque tuendam maximè conductit infantibus adimere pertinaciam, & econtra injungere obedientiam: Et quicunque homo suas cupidines compescere haud disicit, is maximis sàpè agritudinibus fit obnoxius, nec major in Maniacis causa quam pertinacitas, cum qua postmodum conjuncta ira vel tristitia spiritus animales inquietat & inflamat, quibus tunc junguntur corporis vitia videlicet sanguinis impuritas, & hinc spirituum animalium denegatus liber motus & generatio balsamica.

Sic pertinaces infantes gravius semper decumbunt quam mites & patientes.

Unicum autem hujus rei remedium virga suppeditat, post quam si quasi singultiunt infantes, pertinacitatis signum est, nec desistendum, sed continuanda virga donec singultus mentitus remittat, si verò quasi suffocari velle videantur, *wann ihnen der Althem auszbleibt/* virga aliquoties in faciem cædantur, oculos tamen cavendo, ac citò redeunt ad se, non tam ex causis Ethicis quam Physicis: sunt enim veluti cordis convulsiones, quæ pertinent ad Medicinam non secus ac motus convulsivi à cerebro generati, ambo enim à spiritibus malis ortum trahunt. Atque hæc res etsi multis videatur ridicula, certissima tamen.

*Ancillis verò prohibendum, ne cum infantibus rixas instituant, ac hi tunc iracundi & rixosi evadant, non secus ac juvenes canes, quibus sæpius aures vellicantur, mordaces fiunt.*

Curiose item observandum si infantes præter consuetudinem & insolite plorant & vagiunt, tunc causa indaganda, & si ea à contrato quodam per ancillas malo vel dolore ortum habeat, in tempore succurratur, ne cælato, in pejus fiat degeneratio per vitam non amplius corribilis.

## XV.

*Cranium diutius apertum quod attinet, de hoc notetur quod antequam coalescat, infantes vix loqui discant, quapropter cautè hic locus tractandus, cum insuper necari hic facile tenelli queant. Et quando hic locus nondum duriter coaluit, ac ixtu forti huc percutitur infans, deprimitur cranium & incurvatur, unde tum Epilepticis insultibus fores facile recludent, nisi attollatur rursus vel Emplastris attractivis vel capillis attrahatur, aut si cranium jam duriter coaluerit (& urgente necessitate,) trepario restituatur.*

Hoc verò vitium videl. si cranium incurvum permaneat nec curetur, et si Epilepsiam haud inducat, hominem attamen reddit stupidum, & male loquentem & audientem per vitam.

## XVI.

*Ratione diatæ omnia saccharata & ex melle confecta, infantibus summè plerumque nociva fuisse compertum est, eorum enim spiritus, quos dulces esse oportet, rudes adhuc, hæc à naturâ & Sole excocta ac perfectioni proxima dulcia ulterius perficere haud possunt, quin occasione alterandi data, relabantur & pristinum esse, aciditatem nimicum recuperent, ut hinc infinita postmodum infantilia*

mala caufam sumant, dolores colici videlicet, cardialgia, Epilepsia, asthma, variolæ copioſæ, dentitio difficultis, atrophia & similia.

Saccharata ergo vitentur quoad posse, omnia enim medicamina alias per se satis efficacia, hac miscella convenientem suam texturam perdunt ut tum inefficacius operationes perficiant, sicuti quilibet per experientiam si credere alias nolit, observare belle poterit.

Purgantibus vero ut & anthelminticis addere non nocet, cum fermentationi tunc necessariæ ancillentur, & expellantur rursus.

In fluxu alvi dysenterico, diarrhæa & similibus quantum detrimenti afferant tam parvulis quam adultis, ac quantum tunc legitimis aliis medicaminibus juncta saccharata noceant, & quantum dolores intendant, mihi admodum constat, quod paucinotant, ac propterea de medicatione ſæpius desperant, putantes morbi malitiā effectum edere, cum saccharata admista principale addiderint ſymbolum.

*Vinum nulli conductit infanti pro ordinario potu, cum inde admodum extenuentur secus quam illi quibus lac propinatur.*

Interim dantur qui lac tanquam insalubre rejiciunt & damnant, nescientes nec obſervantes, eos qui lac pro ordinario ferè & cibo & potu

potu assument, plus sanos degere, cuius exemplum Helveti suppeditant montani, reliquis & robustiores & pulchriores. Nec Julium Cæsar hujus rei fuisse ignorarum inde patet, quod statueret Germanos suo ævo fuisse robustiores, quod lacte ut plurimum uterentur.

Sic in contrarium jam haud male judicarentur, si defendere conaremur hodiernos Germanos corrugatos ferè evadere cum plus vi no quam lacte utantur.

Hoc observes, si intuearis diversarum terrarum incolas, illi namque qui plus vini bibunt, plus semper extenuati aliis qui vel lac aut cerevisiam assument, apparebunt.

Lac est cibus omnium salubris, si enim vel Deus aut ab eo producta natura melius quid voluissent, non parvulis, ac bestiis junioribus hoc dicatum fuisset.

Et quis est tam stolidus qui parvulis vinum pro lacte porrigeret. Et qui Hectici lacte non curantur, raro sanescere compertum est.

Quod verò non omnibus infantibus lac conducat, matrum & dispositionis lactis inde culpa est, si infans alias sanè degat, res enim optimæ corruptio pessima, lac enim corruptū acescens, faccharo degenerato similia mala, videlicet tormina, asthma, epilepsiam, & varia alia

exsuscitat. Degeneratio verò lactis contingit in corpore perinde ut vinum à naturâ & Sole minus perfectum, in vase dein acescir & mucescit.

Hinc si Parentes perfectâ sanitate haud prædicti, & mater cacoehymica, sanos velit conservare infantes, nutrici sanæ committere necesse habet, satius namque humores peccantes non generari, quam genitos evacuare, & licet tantum evacuentur, subinde tamen regenerantur, ac ob id, et si semper evacuando, ægroti non sanantur: neque enim purgantia attrahunt humores instar spongiæ, vel quemadmodum magnes attrahit ferrum, sed per modum fermentationis hæc operantur quia superant & superantur: Sæpius item purgantia non solum pravos humores sibi proprios generari faciunt, sed & facile corruptibiles humores penitus corrumpunt: Natura verò stimulata multitudine talium humorum ejicit & recenter genitos, ac prius in corpore latentes, ipsa tamen depravatio non tollitur, quin sæpius augetur.

Et Hippocratis consuetudo non fuit toties & tam nulla de causa ægros purgare, quemadmodum hodiernum Medicorum cacoëthes est, qui fere præter purgationes nil norunt, & de causis gene-

generationis humorum & ejusdem speciebus ac  
antidotis nil vel sciunt vel cogitant.

*Si abstemius vini (defectus hic est naturæ,) vinum culpat, & aliis tanquam Medicus præcipit, derisi habetur, Sacra enim hunc commendant, sic & lac.*

*Quod tamen non omnibus, nec etiam semper conduceat, hoc ciborum combinatorum causa est qui non concordant: sic Lac & Vinum, acetum & Lac, pisces cum lacte, uii & lactuca, nunquam simul absque damno aut quodam incommodo uno in pastu comeduntur,*

Natura enim paucis contenta, & cibus simplicissimus optimus. Sic petaso crudus, lardum item & farcimina infumata cibum suppeditant admodum salubrem & robustos efficiunt homines, at non in calidioribus terris, nec ubi vinum & otium comites sunt, sed ubi cerevisia & motus accedunt.

Perversa ideoque nutriendorum ingestio cane & angue pejus vitetur, & tam qualibus quam quanto peccans, haec enim cum adultos perdat, quid non detimenti afferret tenello infanti spiritibus rudioribus prædicto. Ex hac causa Propheta Daniel Regiam mensam recusat, ne lauta ac pingui diæta, vinoque forti tam corpus quam animus obrueretur.

Matres verò huic respiciant, quo infantes in

cibo & potu, somno item & vigiliis, munditie & similibus justè observentur, ne in juventute perdantur, ac tum per vitam pravam inclinationem servent.

Si matres cum prægnantes sunt, & nutrices, sui curam habeant, si enim tunc vini adusti multum bibant, infantes isti nunquam statutam acquirunt legitimam, sed per tempus vitæ debiles & parvi manent.

Non concedendum pueris ut assuecant cibos absque pane comedere, hoc enim modo augmentum haud capiunt, sed pallescunt ac debiles evadunt vermisque replentur, hinc evenit quod divitum filii plerumque tenerioris sint constitutionis, pauperum vero sæpius plus tani & fortes, qui pane vix saturantur, quemadmodum etiam non raro rei hujus aliquid causæ. Interea tamen pueri delicate minimè educandi, sed robustioribus sensim assuefaciendi.

## CAPUT II.

### *Infantilium Morborum curationes præscribit.*

#### Paragraphe I.

**A**D præservationem morborum infantilium spectantia præmissis nunc ad ipsos devel-

devolvimus morbos, qui ut supra demonstratum, sufficienter ex prava lactis materni alteratione & dispositione, tam in quam extrauterum originem ut plurimum ducunt.

Comperimus hoc citò citius si scilicet matres vel nutrices irascuntur, vel terrore afficiuntur, aut erysipelate tentantur, hoc verò tunc alteratum lac parvuli sugant, quod præstò subitò sit infantilium malorum Lerna: Torminibus enim hinc afficiuntur, quiete privantur, postmodum verò excrementa secedunt mucosa ex flavo viridescens: quarto sudor eorum acidum redolet, ac tum Phlegmon adest vel Erysipelas puerile, sæpe sub purpuræ miliaris specie ab aliis der Fresel dictum, communissimus puerorum morbus, multis Medicis incognitus vel non satis exploratus.

Frequenter vero hoc affigit, quando matres sunt biliosæ, texturæ rationis, vel calido Epate, corpulentæ aut crasso sanguine degunt.

Memini relationis certissimæ, ubi ab exorto incendio cuiusdam civitatis periculoſo, lactentes plus centum post diem ab incendio septimum hoc morbo correpti, horum item pluri-mi die quarto epilepsia interierint: Ac ob hanc causam mulieres hunc morbum cum epilepsia sæpe confundunt, eundem morbum arbitran-tes.

Hic verò morbus si unum, vel hoc aut illud infantis membrum obsidet & male tractatur, contingens est ut illud non nutriatur sed claudum fiat.

Affectus hujus Cura sudore perficitur, in calore enim detinendi non secus ac si morbilli aut variolæ sint exprimendæ.

Vitentur verò refrigerantia omnia, qualia aqua rosarum, plantaginis, cichorei, acetosæ &c. sed horum loco Bezoardica expellentia consuluntur, per quæ hic heterogeneæ factæ particulæ, & suo nexo solutæ ac præcipitatæ, ad peripheriam corporis, & glandulas intercutaneas, sub specie purpuræ miliaris cum rubidine & pruritu propellantur, subsecente pedetentim cuticulæ desquamatione.

Talia sunt *Aq. card. bened. flor. sambuci, C.C. ustam & sine igne præp. unicornu, Tinct. bezoardica, Essentia salutis ex Myrrha, Tinctura castorei, liquor C.C. succinatus, spir. salis armon. sale volatile, oleosum, anisatum, aromatisatum & similia ex salibus volatilibus constantia.*

Erysipelas adultos si adoritur, semper præcedit paroxysmus tertianæ febris: hic verò paroxysmus ad phlegmonem (ubi tumor cum rubidine non conjungitur nec fortis effervescentia,) levior est quam ad Erysipelas. In his vero sudor acidum plerumque redolent.

Mor-

Morbus verò hic si introrsum migrat, nec expellitur, phrenesin non raro inducit, cum circa caput materia hospitetur, lipothymias verò malignas si circa cor.

Si vero Hepar vel Lieneim aut mesenterium occupet, scyrrhos, asthma, quartanam, hydrozem & similia inducit, saepe etiam peripneumoniam & dysurias fecisse observatum fuit.

Si externum aliquod afficiatur membrum, ac hoc male tractetur, scyrrhi generantur & ulcera antiqua.

Illi quibus semel fixas in corpore egit radices hic affectus, nec expulsus fuit, saepissime recurrere solet, imprimis si purgationibus materia peccans irritata & stimulata fuerit, non enim his per alium materia maligna duci potest. Modum Cardanus habet.

Et illi tunc infantes, quorum matres purgantibus naturae motum inhibuerunt, continuo quam diu ubera sugunt purpura miliaria afficiuntur, & quando adolescunt hereditarium affliguntur.

Solis ergo sudoriferis (non purgantibus,) locus hic detur, quo crisis promoteatur tam in principio quam fine.

Non enim hic affectus est ipse primus morbus, sed productum quid per crisin ab interna causa in secunda vel tertia concoctione exi-

stente, secus quam Græcorum vel Arabum, erysipelas & phlegmon, quæ ut apud Galenum & Avicennam describuntur, sunt morbi calidis regionibus proprii, & per se primi, nec per crisis febris tertianæ vel alterius morbi exorti, sicuti commonstrat medendi methodus: phlegmon enim & erysipelas Græcorum antecedit febres, ubi è contrâ apud nos fiunt per crisis imperfectam, & transmutationem materiae febrilis, contrariam hinc medendi methodum desiderantes.

Si maligna materia in primis viis stagnet, ac tormina inducat, præter bezoardica volatilia supra laudata convenient *Balsamus sulf. succinatus*, veletiam hic pulvis absorbens & præcipitans pro puerorum affectibus quamplurimis ab *Excell. Etmüllerio* admodum laudatus, v. g.

*R. Ocul. 69. præp. 3. fl.*

*C. fine ig. i. D. i.*

*corall. r. præp. D. fl.*

*myrræ el. gr. viij.*

*ol. volat. C. C. gr. vij.*

*theriaca. gr. v.*

*olei anisi dest. vel. bals. sulf. succinigutt. vi.*

*misce f. p.*

cui si lubet cistorei parum addi poterit.

Jam si materia præcipitata ad vomitum inclinet,

net sulfur. antimonii detur legitimà dosi cum  
paucō saccharo, quod malignum & degene-  
ratum acidum in stomacho subsistens, salutari  
vomitū exturbat, aliquoties repetitum.

Siverò alvum movere plus obſervetur,

R. Syr. de ſpina Cervin. 3. fl.

ſpir. ſalis armon. vol. anisati. 3. fl.

ocul. 69. præparat. D. ii.

aq. fænic. parum, miſce ac cochleatim pro-  
pina.

Externè inunctiones ex oleo carvi, abſynth.  
nucis moſchat. macis deſt. &c. non negli-  
gur.

Si verò pertinacius malum Epilepsiam in-  
ducere velle videatur, præter ſalia volatilia  
ſupra toties laudata & repetita, Excell. Ettmül-  
leri ſuas Auri fulminantis gr. i. (vel ii. in pau-  
lo adūltioribus & aliquot ſeptimanarum, cum  
gr. iii. nitri depurati exhibeatur, hoc enim  
præter alios effectus mirandos, tortmina ſiſte-  
re horridasque alvi dejectiones promoven-  
do insultus) Epilepticos reſtinguere verè af-  
ſerit.

Si extēnum aliquod membrum affectum  
ſit, pinguia vitentur, præcipue ſi in ulcus de-  
generat eryſipelas, ſed camphoræ Saturninijs  
combinata applicetur, vel Elixir Balsamicum  
adhibeatur.

Gum

Cum verò principalem hujus affectus causam nutrices suppeditent, p̄cipiendum ut istæ omnia hæc caveant quæ morbo huic quovis modo symbolum addere possunt, proptereaque præter iram & terrorem sedulò caueant ne aquæ frigidæ diutius immorentur.

Quod si vero terrore inopinato, vel ira percellatur, ac ideo lactis gravior alteratio metuatur, tum postquam lac ex uberibus emulatum, Excell. Ettmüller præcipit ut sperm. certi z. B. vel 3. j. cum antim. diaphoret. 3. j. assumatur, & sudor inde expectetur.

Aut in majori inflammatione, vel lactis cessatione detur hoc vel simile, v.g.

Ex. C. C. sine igne. 3. j.

anim. diaphor. 3. B.

sals C. C. vol. gr. viij.

card. bened. gr. xv.

aq. flor. sambuci 3. ij.

misce.

Mammis verò imponatur Empl. de galbano crocatum Mynsichti cum ana. gummi ammoniaci in aceto soluti, invicem liquefactis & linteo denso inductis confectum, quam calidè ferre poterit, desuper ponendo sacculum inter passatum ex oryza confectum & probè calefactum, quo per sudorifera dicta dissolutum lac, horum adjumento promoveatur in motum,

tum, & stagnatio ejus ac caseatio inhibeat  
quantum possibile.

Infantes qui hoc motbo intereunt, striis  
subfuscè rubris notantur, quod imperiti ab  
Epilepsia intra ventrem contenta, nemlich  
von der Schwebren Noth im Leib / dedu-  
cunt, & Epilepsiam à cerebro ortam cum de-  
pravato, & ab acido corrupto & alterato san-  
guine, cuius striæ istæ signum sunt, confun-  
dunt.

## II.

Non raro tam infantes quam adultos ado-  
ritur morbus, morbillis ferè haud multum ab-  
similis, maculæ videlicet rubicundæ & elatæ, non  
secus ac si urtica cælæ essent, cum ardore &  
pruritu, aliis die Nesselsucht / hunc frigus præ-  
cedit ac si febrilis instaret paroxysmus, cum  
angustia cordis, hinc à purpura miliati noti  
longè differens.

Cura blando perficitur sudore cum saepius  
una nocte cedat, nec raro ultra quatuor dies  
affligat, quippe ab acido volatili singulariter  
corrupto originem trahat.

## III.

Hec ipsa prægressa rectâ nos ducunt ad ex-  
plicandam morbillorum & variolarum abstru-  
sam alias naturam, cum harum & fiendi mo-  
dus & actus cum affectibus prædictis in quam-  
plurimis conspiret.

An-

Angit inevitabilis ferè harum insultus omnes nationes Europæas, cum causa omnibus communis sit lactis scil. nutritivi tam in quam extra uterum corruptela hinc, plerumque infantes & pueri, raro adulti affligi solent, in quibus tamen acor vitiosus per tempus occultari solet, donec singulari accedente dispositione fermentum simile extrinsecus haustum effervescentiam redintegret, acido scil. corrupto cum sale volatili maslæ sanguineæ conflictante, donec præcipitato & subjugato acido corrupto, spiritus vitalis ulteriore separatiōnem instituat, ac hinc inde per vasa capillaria, in forma pustularum corruptelam exprimat.

Morbus hic cum imminet, infantes noctu in somniis terrentur, inde excitantur, rauescunt, oculi apparent obnubilati, & halitus eorum post biduum quid dulce spirat. Præterea non raro conqueruntur de capitib⁹ spinæque dorsi dolore, præcordiorum anxietate gravi, sub sequente saepius nausea, vomitu, siti immodica & continua potus querela, tandem die quarto vel quinto maculæ efflorescere incipiunt, in sequentibus diebus in bullas exsurgentēs, quæ si omnes egressæ sunt calor derelinquit, quam diu vero hic durat, tam

tam diu variolas nondum omnes egressas notabis, solent enim inæqualiter admodum plerumque egredi, hinc calor mensura sit quæ indicet an omnes egressæ vel an duplicatio erumpere velint, ob sie nemlich zweywüchsig werden wosßen.

Cum vero motus hic naturæ mediante calore perficiatur, hinc is adjuvandus tam internè adhibitis expellentibus, quam externo calore accedente, non excessivo tamen, cum lente non violenter fiat naturæ motus: Propterea que frigefacientia omniatam interna quam externa vitentur, quantum enim calori, tantum crisi & spiritui vitali detrahitur, qui si natura fortis, nec materiæ morbosæ copia obrutus, per se morbum vincit, sed cum hujus fortitudo & vigor non semper nobis constet, hinc adjuvantibus in tempore ut succurratur securius est.

Propterea que Excellentiss. Medici privede suadent, ut tempore grassantium variolarum præservationes compellemus, cum facilis non admittatur quam ejiciatur hospes, vel si planè præcaveri haud possint, attamen pabulum superfluum eis subtrahatur quo mitius tum affligant.

Huic

Huicverò intentioni ut satisfiat, laudant *Excell. Ettmüller & Bohn* Mercurium dulcem tanquam singulare hujus morbi alexipharmacum, tam prætervans quam curans & viscosam pituitam acidam solvens, hac formâ propinatum, v. g.

*Rx. Mercurii dulcis ritè parati 3. fl.*

*resin. jalapp. gr. viij.*

*myrrhae l. gr. v.*

*ocul. 69. gr. vij.*

*conser. rosar. 3. fl.*

misce & exhibe infusati 8. vel 10. annorum.

Potest verò dosis Mercurii dulcis, & reliquorum vel minui vel augeri pro ætatis ratione: at cum colocynthiatis & scammoniatis miscere caveto.

Si verò infusis copiosa tudi bile repletum observetur, præstat exhibere vomitorium ex sulfure antimonii ritè paratum, quod bilem corruptioni obnoxiam leni vomitu exturbat, ac ita occasionem præscindit futuris & erupturis variolis, vel citam variolarum adjuvat eruptionem, & tolerandum reddit morbi cursum.

Si verò hæc præsidia neglecta fuerint in principio, ac variolæ nunc erumpant, expulsio eorum debita promoteatur, ad quam obtinendam admodum conducit ex feminibus expulsivis facta emulsio, v. g.

*Rx. Semis*

R. Sem. card. bened.

napi.

aquileg. ana. 3. ij.

cetri. 3. j.

aq. fl. sambuci.

scabios. ana. 15. β.

fiat s. a. emulsio saepius propinanda, quæ si fortior expetatur, additis bezoardicis volatilibus aliisque fortificetur, v. g.

Tinct. bezoard.

salutis ex myrrha ana. 3. j.

castorei 3. β.

misce.

Si diarrhæa sub eruptione concurrat, malum, hæc enim eruptionem restinguunt, vel retrocedere facit: melius ideo ut sint quodammodo obstruti variolatum candidati, facile enim hoc suppositoriis corrigibile existit.

In hoc vero casu bezoardica moderate stringentibus matritentur, v. g.

R. Sem. aquileg.

card. bened.

napi ana. 3. j.

cetri 3. j.

nasturtii 3. ijs.

terræ sigillata.

C. C. usi ana. 3. j. β.

lap. bezoar. occid. 3. β.

misce fiat pulvis, qui dosi 3. j. plus minus pro ætatis ratione cum ag. card. bened. præbeatur:

Ecc

vel

vel si liquida arrideant, *Tinct. bezoard. lapid. hematit. terra catechu &c.* misceantur & cum idoneo vehiculo aut ordinatio potu, convenienti dosi propinentur.

Alias si regressum faciunt & recedunt variolæ, tunc calor revertitur, ac diarrhæa insequitur lethalis, & tardò in hoc morbo moritur homo absque diarrhæa, nisi adsit malignitas, vel male tractentur variolæ.

In hoc verò calum maxima adhibenda est diligentia ne homo moriatur: non verò præstantiora huc dantur remedia quam sæpius laudata *Essentia salutis*, sive *Tinct. myrrhae castorei, croci, bezoardica, lapid. hematit. sal. volat. C.C. viperar. &c.*

Externè verò in auxilium vocentur vesicatoria quæ efficacissimam hic ferunt opem vulnusculis per aliquot dies apertis retentis, in quem finem *Empl. Norimbergense cum tanillo Empl. vesicatorii* misceatur, quantum scilicet sufficere videtur ad irritationem, ac ita vulnuscula aperta serventur pro lubitu, & donec variolæ rursus egressæ, & retractæ è corpore observentur.

Hic morbus adultos plerumque quos prehendit, gravius affligit quam infantes, tam ob cutis densitatem & materia crassitatem, quam ob quietem & motum: quo quis enim tranquillus jacet,

Nec ut impellenda, naturæ motuclus quartu,

jacet, eo securius evadit. Ratio docetur in Medicina Statica.

Hæc si quis non credat, vel contra sentiat, ille non solum ut moris est ægros invusat, sed apud illos dies noctesque persistat, & ut veterum Medicorum discipuli ægrotis ipse assistat, & omnia diligenter observet, atque in variis morbis varia deprehendet aliter se habere quam imaginantur sibi Alexandrini. At cum horum discipuli sint admodum delicati & præceptores ipsi ut plurimum imperiti & timidi ut discipulorum inquisitiones & judicia revereantur, hinc tandem accedunt Empyrici, vel Anus, aut Alchymista qui confundit nostros Medicos magno cum dedecore Medicinæ rationalis, cuius pars est Alchymia eruditæ sive Philosophia naturalis quam Arabes, Arnoldus, Bernhardus, Basilius, Helmontius & alii exercuerunt.

Morbilli die Massern oder Röteln / eadem habent signa, & eandem cutam cum violis.

Ante omnia vires conservandæ paucō sed optimo cibo & potu.

Nec ut supra motitum natura nimium impellenda, cum non vi sed successive fiat naturæ motus, nec nisi secundum dies criticos velut quarto, septimo, nono, undecimo &c.

secernatur materia separata, & sui juris facta,  
ac venis propterea hostili.

Variolæ tamen morbillis ob materiæ cras-  
situdinem periculosiores sunt. Ex variolis tamen  
securæ magis sunt albæ, rubicundæ verò &  
subfuscæ cicatrices relinquunt præter omnem  
adhibitam diligentiam, nec præterea sunt abs-  
que periculo, præprimis circulis lividis vel si-  
milibus notatæ.

Ratione potus convenit *Decoctum lentiū*  
*cum ficubus & paucō fæniculi*, mediante aquæ  
& vini ana factum ac pro appetitu bibitum, vel  
item *stercus equinum* in ordinatio expressum  
potu insignem præstabit opeim.

Si tandem gravior acrimonia sub eruptio-  
ne vel variolatum vel morbillorum epilepticos  
exfuscit et insultus, qui post eruptionem per-  
sistant, (in principio enim & ante eruptionem  
neminem terreat cum sint sine periculo,) ac  
tum malum omen portendant, tum *liquor C.C.*  
*succinatus sal. volat. cran. human. &c.* sibi pa-  
ria vix habebunt, in robustioribus verò *specif.*  
*cephalicum ex cinnab. nativa cum sale volat.*  
*cran. hum. &c.* omnem paginam absolvent.  
Nutrix vero in potu ordinario *gelatinam C. C.*  
diligenter tunc assumat.

*Vomitus* si post excretionem variolarum re-  
crudescat, (in principio enim tolerabilem va-  
rio-

riolarum cursum indicat,) ac ita variolatum regressum ad interiora monstret, tum *bezoardicatinctura anodynæ maritata insignem opem præstant*, mitigatis namque symptomatibus ita exsurgit natura, ac sæpius tum in somno variolas cum leni sudore propellit.

Sic & *in diarrhaeis* quæ tam in augmento quam in statu ut plurimum funestæ sunt, propter egressum quem planè remorantur, hæc eadem *tinct. anodynæ bezoardicis remixta malignitatem humorum temperat & mitigat*, ac per cutim exigit potenter.

*Hæmorrhagia* nimia si ab initio jungatur, amuleta ex bufone excellunt, actu verò frigidain epithematibus curiose vitentur.

Principalis omnium cura in legitima consistit expulsione, si enim in hoc opere natura deses, nec arte juvetur, varia tandem remanent mala per vitam sæpè non corrigenda, v.g. si in Pulmonibus stagnatio fiat, oriuntur inde asthma, & tussis, actum reiteranda expellentia de novo. Hoc verò tum non per variolatum expulsionem, sed per insensibilem fit transpirationem, quæ si intra dies 20. non contingit, idem fit quod in pleurisi & peripneumonia videl. phthisis sequitur & hectica. In hoc verò casu generosiora exhibeantur pectoralia, balsamis sulfuris succinatus, anti-

moniatus, spirit. salis armoniaci anisatus & similia.

Si post variolas artuum dolores remaneant, exhibeatur Decoctum ligni sassafras cum paf-  
fulis, essent. myrræ, liquore C. C. succinato &c. nec externa antiarthritica negligantur.

Pro defendendis oculis fiat tale collyrium,  
v.g.

R. Aq. rosar. fænic. ana. 3. B. sacchari Saturni 3. j.  
perlar. præpar. 3. B. croci, camphor. ana. 3. ij.  
ms. pro collyrio, vel sola aq. rosar. cum multo  
croco illinatur.

In faucibus defendendis gargarismus repe-  
titus instituatur factus ex mucilag. sem. lini, cy-  
don. syr. de liquirit. jujubis, papav. errat. & si-  
milibus.

Tandem singularis matrum cura est, ne in-  
fantes cicatricibus iisque copiosis deven-  
stentur, inque hunc finem varia tentant, sed  
singulari hic methodo opus est ne vel tardius  
hæc applicentur, vel tardius maturatæ ape-  
riantur variolæ, vel nondum maturatæ à par-  
vulis deglubantur.

Curiose ergo maturitatis tempus notetur,  
quod plerumque die septimo, die undecimo,  
vel die decimo tertio accidit, quando scil. va-  
riolæ in medietate deprimi incipiunt, actum  
acu, in primis argentea si quis majores vires  
ineesse

inesse persuasum sibi habeat aperiantur, & pus exprimatur, nec carnem profundius exedat, crustæ vero subnascentes haud removeantur, ne iisdem cicatricibus symbolum addant, sed butyro caprillo cum camphora & croco remixto diligenter inungantur, vel hoc D. Fausti linimento, quod v. g.

R. Olei amygd. dulc.	
lilior. alb. ana.	3. j.
ovor.	3. R.
pingued. human.	3. iiij.
sperm. ceci	3. ij.
farin. oryze.	
lupinor. ana.	3. ss.
lythargyr.	
sarcocoll.	
sacchar. ana.	3. ij.
rad. bryon. pulv.	
strobos stor. ana.	3. j.
myrrha el.	
asa dulcis ana.	3. j.

Pulverisata cribrentur & misceantur in mortario calido diligentissime, exprimantur fortiter & serventur.

Internè verò ad exsiccationem promovendam detur pulvis oculor. cancri cum myrrha, ac sine notabili fovearum vestigio variolarum crustæ decident.

Digbi ante variolatum eruptionem admodum commendat *folia auri toti faciei imposta* & *oleo amygd. d. humectata* quod in ancilla sic probatum dicit, ut dimidia faciei pars, quæ his tecta fuerit salvata sit, reliqua vero foveis de turpata.

Interim tamen alii *oleum amygd. d.* ad maturationem potius, *oleum verò ovorum* post aperturam ad explanationem fovearum conducere asserunt.

Ast et si jam dictis ad fovearum maculas præcavendas raro absque notabili effectu utamur, præprimis ubi materia vitiosa non adeo copiosa, attamen si massa sanguinea enormiter corrupta sit, ac malignitas gravior, nil impedit quo minus foveæ deformes relinquunt ac facies deturpetur.

#### IV.

*Si ex nutritione vitiata, ve ex neglecta balneatione, scabies, achores, lactumina vel crusta laetitia orientur, multum interest quo legitimè expellantur.*

Balnea & sudores repetantur, nulla namque scabiei major nutricula quam loddities, nec hostis major quam mundities, & quicunque scabiosi balnea metuunt difficulter sanantur, et si alii sint qui contra sentiant.

At expulsio procuranda quovis modo, tam per

per sudorifera interna, quam per externa balneorum, prægressis tamen prius si opus legitimis purgantibus.

Præterea admodum laudatur sperma ceti saepius vel singulo mane exhibitum, cum hoc aliquoties scabiem quasi leprosam curasse observatum fuerit.

Sic & diuretica non minimam præstabunt operem, & ex his spiritus salis volatilis, qui per urinas serum corruptum & muriaticum potenter evacuat. Ex corruptione enim concoctionis tertiaz, salva manente prima & secunda, plerumque ortum trahit, & hinc contagiosa non solum in alios homines, sed & ex uno unus hominis membro in aliud: Sicut testatur Helmont, qui causam & vitium in contagione virulenta pelli propria locat, quæque pellem saltum inficiat, sic ut cutis nequeat alimentum sibi deputatum in propriam vertere alimoniam, sed potissimum ejus partem in falsum contagiosum que ichor traducat, hinc topicis ferè solis pruritivum istud sal necari posse contendit, quale è sulfure, additis radicibus hellebore albi, & baccis lauri, paratum, quod omnem propemodum pellis scabiem contagio inimicum tollere prædicat: cui non incommode balneum substituere possumus, quod v.g. fit ex

Fol. oxylapati. m. ij.  
 boni Henrici. m. j.  
 sabina. m. ss.  
 radic. Helenii. zj.  
 belleb. albi. zj.  
 sulfur. vivi. z. j. s.  
 bacc. lauri. z. s.  
 rasur. ligni quajacim. ij.  
 furfur. tritici. m. iiiij.

Concisa & sacculo inclusa coquantur cum  
 aq. font. pro balneo, vel cum lixivio ex cine-  
 ribus sarmentor. vitis si fortius expetatur, &  
 scabies rebellis & maligna.

Si pustulæ cum calore & tensione excru-  
 ciant, superponantur folia plantaginis viridia,  
 vel sicca, aquâ propriâ rursus humectata, vel  
 furfur tritici cum aqua decoquatur, ac deco-  
 cto huic manus vel pedes ubicunque dictæ  
 pustulæ excruciant, immittantut.

Si post tale balneum sanies effluit bonum, si  
 vero dolor tensivus denuo molestet, illinan-  
 tur pustulæ butyro caprino cum octava parte  
 camphoræ mixto.

Lactumina der Atasprung / si recedunt,  
 graviora exinde emetgunt mala, velut ex va-  
 riolis, retrogressis ferè, ubi è contra alii quibus  
 diligenter expelluntur vel naturâ vel arte, ad-  
 modum sani postmodum evadunt.

Si ve-

Si vero crusta sit admodum spissa & tenax,  
externa simul accedant, ac tunc fiat ex oleo  
amygd. dule. cum oleo tartari subtilis litus qui  
illinatur blandè, postea vero ubi crusta remo-  
ta, & sanies linteo aq. sperm. ranar. humectato,  
abstensa fuerit, inspergatur talis pulvis, v.g.

*Rx.* *lapid. calamin. pulv. 3. j.*  
*flor. sulf. antim. 3. ij.*  
*cerussæ. 3. S.*  
*salis tartari gr. xv. misce.*

Vel *Rx.* *ung. de ceruss. camphorat. 3. S.*  
*sulfur. antim. 3. S.*  
*salis tartari. 3. S.*

plus minus prout acrius expetatur, ac ipso illa-  
ta scabies citius exarelcere desideretur.

Si saturnina remisceantur, non absque ma-  
jori efficacia dicta medicamina operabuntur,  
v.g.

*Rx.* *sulfur. antimon.*  
*sacchar. Saturni.*  
*ciner. tabaci ana. 3. ij.*  
*ung. alb. camphorat. 3. j. S.*  
*Mercurii dulcis 3. ij.*  
*olei camphor. 3. j.*

misce.

*Exc. VVedelius* admodum laudat pinguedi-  
nem viperarum, cum qua elephanticam faciei-  
scia.

scabiem, cum oculis rubicundis, inflatis & purulentis, manus item furfuribus horridas, sicca uidaque uligine scorbutica infectas aliquoties curasse afferit.

Alias in leviori pellis virulenta & contagiosa scabie non datur præsentius remedium quam hoc ex Mercurio factum linimentum, v.g.

Rx. Mercurii vivi 3. j.

Olei lauri 3. j.

cerusse 3. ij.

camphor. 3. ss.

misce.

*Si grandiores tumores circa capitis confinia protuberant, pro eorum discussione applicetur Emplastrum de meliloto cum oleo philosophor. malaxatum, vel Empl. de galbanocrocato Myns. cum Empl. de meliloto misceatur, & per tempus applicetur.*

*Si vero impexa porragine fedatum caput extet, sequentem methodum si serves non aberabis, primo itaque recipe butyri recentis insufsi 3. ij. vitrioli albi 3. ij. misce: hoc unguento inungatur porriginosum caput per tres dies, quarto die probe eluatur caput lixivio bis transfuso, in quo infusa fuerint, chamomilla, berbonica, levisticum, hypericon, radix oxylapati, bardana, sœnugræcum, &c.*

Post-

Postmodum capite absterto, capillos extrahe, ac tunc unguentum præscriptum diligenter inunge rursus per tres dies, postea lixivio dicto itidem rursus ablue, ac capillo extrahe: si vero capilli isti fortius inhærent, fiat tale Emplastrum, v. g.

Rx. *Picis alb.* 3. ij.

*Junctoria* 3. iiiij.

*colaphon.* 3. β.

liquata calidè linteis inunge, ac maculis porriginosis impone, ac per diem, & noctem relinque, postea abstrahe ac capilli adhærent, hoc itaque bis vel ter repete donec capilli omnes porriginosi sint extracti.

Postea verò ad consolidandas maculas sequens linimentum inunge, v. g.

Rx. *Ung. rosac.* 3. j.

*olei succint.*

*juniperi.*

*therebine.*

*lumbric. terr.*

*philosophor. ana.* 3. β.

*strigmentor. equi* 3. ij.

misce, hoc mane & vesperi loca pilis denudata inunge, ac capilli feracissimè pullulabunt.

Si levis porrigo extractionem capillorum haud requirat, hoc solum sufficiet, v. g.

Rx. *Picis alb.* 3. ij.

*axung. porci* 3. j. β.

sulfuris antimon. tartarisat. 3. ij.

arsenici cum nitro fixati 3. i.

misce, fiat unguentum.

## V.

Est & alius infantilis morbus *Sirialis* dictus, ex quo ipsi caput calet, oculi rubedine suffunduntur, vigiliae molestant, ac atrophia tandem accedit.

Curatur hic affectus si *folia plantaginis, latucae, vitis, cucumeris, cucurbitae, vel cucurbita ipsa* concisa capiti apponatur vel fasciis submittatur.

## VI.

Non raro *cutis virulentum contagium*, alimentum corpori ita detrahit quo atrophiam incurant infantes: in hoc casu sume *gallum Indianum* juniores, hunc *deplumatum ac exenteratum* repleas *hordeo mundo*, cui *far separilla* 3. i. addita sit, tum verò decoque ad casum carnium, ac ex contuso gallo expressum succum propina continuò absque omni alio & cibo & potu, accidente simul balneo ex herbâ cruciata, ac certò curabitur infans.

Si verò ab infimi ventris obstructionibus ortum videatur hoc malum, *Barbettus* jubet propinare *liquorem tartari* in ordinario potu, singulis verò tribus vel quatuor hebdomadi bus

bus illos purgare, externè verò bis vel ter de die ventrem inungere hoc linimento satis experto, v. g.

R. Ung. dialith. compos.

de arthanit. ana. 3. ℥.

mariati 3. ij.

olei muccagin.

philosoph. 3. ℥.

misce.

Si verò lactearum venarum obstructio pertinax sit, & ventris durities ac intumescentia non remittat, porro commendat seqq. rotulas, v. g.

R. Chalyb. prep.

Oculor. 69. prep. ana. 3. j.

tartari vitriolat. 3. ℥.

lapid. prunell. gr. xv.

spec. aromat. rosat. 3. j.

sacchari aibi. 3. ij.

fiant, s. a. Rotulæ.

Si hæc sèpius licet exhibitæ malum haud tollant, reserantia fortiora, præcipitantia vel absorbentia alternatim porriganter, qualia de spleneticis sufficienter tradita invenies.

Quo vero dicta hæc in actum promoveantur, fiat simul balneum ex cruciata anteā lаudatum, vel hoc, v. g.

R. quis-

re. quisquiliarum ab aqua reject.

herb. petasit. ana. m. iiiij.

radic. rubi num. iiiij.

caput & pedes vervecis unius.

f.s. a. Balneum, caput videlicet & pedes de-  
coquantur ad carnium calum, postea immit-  
tantur reliquæ species sacculo inclusæ & simul  
coquantur: Actum singulo mane balneo ca-  
lido insidet æger per novem dies, posteaque  
balneum in flumen effundatur post occasum  
Solis. Aqua verò mane ante Solis ortum col-  
lecta & ex eodem flumine depromta sit.

## VII.

Sæpius à catarrhis visus & oculi afficiuntur,  
& ulcerantur, nemlich sic schwahren ihuen zu/  
ac tum latte materno vel aqua rosarum aperi-  
endi, si verò sæpissimè hoc recurrere soleat,  
nucha linteola spir. vixi, vel quod melius Essent.  
succini madida imponantur, & caput ac pedes di-  
ligenter illis laventur hac essentia.

Vel item ex albumine ovi cum camphora fiat  
linimentum, addita succi semper vivi majoris  
debita quantitate, ac cum petiis applicetur.  
Aut plantis pedum imponatur Empl. ex buty-  
ro & alio contusis confectum.

Dantur verò etiam externæ causæ, ob quas  
oculi laeduntur, v. g. cum quid incidit, vel cum  
Solem vel lucem nimium inspiciunt, tumque  
visus

Quo den  
sapè negotiū  
que conjuncta  
universum g  
nes excite  
enda.

Hic bonu  
cū. tūm si  
ciendum cur  
tūle epileptici

Sifibrilis &  
vīgiliis &

visus debilitatur & oculi facile ulcerantur. Sic si infantes nondum unius anni specula multum inspiciunt idem accidit, propterea hæc impedimenta removeantur.

Nutrices verò itidem curiose hic obseruent quid lactenti nocere queat, sicc. v. g. aliæ quæ à vino, aliæ ab aceto, à lacte, lactuca & similibus, sibi temperabunt, à frigore item, ab humido &c. quæ omnia diligens & curiosa mater observet, & si haud intelligat, Medicos vel obstetrics consulat, vel quod melius liberorum multorum mattes. *Obstetricum* namque communis perversus mos est, ut id cuius notitiam haud habent, parvi astiment & vilipendant, nec ferant ut alii simul consulantur.

### VIII.

*Quo dentitionis laboriosum & periculosum sapè negotium promoteatur, & dolor plerumque conjunctus mitigetur, nec inde nervorum universum genus simul vellicatum convulsiones excitet epilepticas, omnis diligentia adhibenda.*

Hic bonum est, si salivæ fluxus jungatur, scil. *wain sie viel geuffern /* nec hoc impe- diendum cum per se remittat, & si sistatur, fa- cile epileptici insultus accedant.

Si febrilis æstus dentitionem comitari solet, cum vigiliis & inquietudine, tum *folia lactucae,*

*tabaci viridia pedum plantis applicentur, capiti vero folia vitis, salicis, plantaginis, cucurbitae, &c. apponantur.*

Alvus servetur aperta vel clysmatibus vel suppositoriis, ex Hippocratis enim observatione minus illi convolutionibus tentantur quibus alvus crebro demittit.

Si verò diarrhæa fortis accedat, ei resistatur acrimoniam temperantibus ac absorbentibus è C. C. paratis vel similibus.

Quo verò gingivæ minus sensiles, simulque moliores reddantur, crebro eis masticandum prebeatur frustum lardi optimè fumati, vel frustulum radicis altheæ, in aqua malvæ maceratum.

Externæ verò maxillæ illinantur *axungia leporis, butyro caprillo, &c.* quod si fortiora desiderentur, *cerebrum leporis coctum, cum q̄, melle permixtum, ceu unum ex potentissimis remediis gingivis illine, vel hunc Chöfeli Balsamum commendatum sèpius inunge, v. g.*

*Ex. Butyri majal. non saliti 3. j.ß.*

*pingued. gallin. 3. ij.*

*succi cancror. fluviatil. express.*

*sedì majoris ana. 3. j.*

Coque ad consumptionem humiditatis in diplomate, remanentiæ adde

*sanguinis è crista galli incisa recentis. 3. j.*

*misco*

misce, & post unam aut alteram reiteratam ebullitionem expressis adde sacchari candi q.s. pro dulcore: misce.

Si verò cuticulae tenacitas egressum diutius & cum periculo remoretur, protuberantia vètò gingivæ superior candida, dentis jam proximè absconditi signum exhibeat, Paræus jubet scalpello eam incidere, quod alii ceu expertum item commendant. *Videatur Ettmüller's valetudinarium infantile.*

IX.

Sublingua non raro tubercula oriuntur, rara nula dicta, quæ in ulcerâ degenerant, ac impedimento sunt, ut difficulter sugant partculi.

His in principio occurrentum antequam ulcerentur, in hunc verò finem conductit *bals. tyrum capillum* cum octava camphoræ parte commixtum & diligenter inunctum, vel sub mento etiam applicatum.

Si tandem exulcerentur, scalpello appetienda, ad purificationem vero tum, & in sequentem sanationem illinatur saepius *syr. de Veronica* cum panco camphoræ, quæ hic insignes usus præstat tam leniendo quantumores absumendo & consolidando.

Sigrandularum collitumor anginae metum incutiat, idem *butyrum caprillum cum camphora* externè illitum ope fert, ac est polychresta medicina in variis gingivarum, & maxillarum tam internis quam externis tumoribus.

*Tumores reliqui in nucha & circa caput oriuntur, plerumque à scabie vel lactuminibus retrogressis, vel cum illa egressum moluntur, post quem per se remittunt.*

Si verò à retrogressis lactuminibus hi tumores oriantur, tum melius est ut ad exulcerationem perducantur. Si verò hæc propter dolores vel alias incommoditates metuatur, tum vide num setarum ope, ob mit *fleißigem Bürsten* / transpiratio promoveri possit. Vel *nitrum cerevisiā solutum* cum petiis calidè applica, quod calorem extrahendo, tumoremque consumendo effectum dabit non contemnendum.

Internè verò sudorifera sæpius laudata voleatilia non omittantur.

Præter has exulcerationes etiam reliquæ oris partes, sauces videlicet, lingua, vel etiam Oesophagus ipse, pituita quadam alba subducitur, unde parva copiosa enascuntur ulcuscula *Aphæ* appellata. Harum origo cum à lactis acescentis corruptela in stomacho, & inde exsur-

surgentibus halitibus accidat, consultum est ut fomes è ventriculo mature ejiciatur, & nutrix sèpè causam suppeditans sui curam habeat, & si erysipelate afficiatur, sudoriferis & Venæ sect. correctionem instituat, quo causa mal- subtrahatur, præprimis si cacockymia, & scorbutica dispositione se affectam sciar.

Quo vero hæ aptatum molestiæ, quia la-  
stationem infantum maximè impediunt, ob-  
que id periculosa removeantur, convenit  
optimè Decocatum Veronicae cum melle in aquâ  
Simplici factum pro ore eluendo.

Vel Recipe *cremoris lactis dulcis caprilli* si  
haberi potest, cochlearia 6. foliorum *salviae*  
*cruciatæ* num. 6. hæc incisa cum cremore co-  
quantur leniter, ad butyri decoctionem &  
brunitatem, tunc per linteolum exprime in  
aquam frigidam, & coagulabitur butyrum, de  
quo tum sèpius pisi magnitudine ori infantis  
immitte, & ulcuscula cum cute alba absce-  
dunt: Si efficacius hoc velis adde *parum cam-*  
*phoræ* & invase lapideo serva: alias item *buty-*  
*rum salitum cum camphora* in hujus defectu  
substitui comode potest.

Si hæc successum optatum haud edant in-  
star omnium erit *linimentum ex melle cum spir.*  
*salis tantillo* subinde illitum, addito pauxillo

322 *Medici p̄f. seculo accommod.*

*succo vel rutæ vel salviae, camphora, pulvere nuncis moschatae, &c.c.*

Nares quando obstruuntur, butyrum recentem immittatur, alias difficulter sugunt, ac potus asperat arteriam facile illabitur.

Si Uvula laxatur, vertici diligenter instiletur *Essentia succini* vel *spir. vini*, vel *ovum ad duritatem coctum* & per medium scissum, ac paucō pipere aspersum calide applicetur & apponatur: facile vero hoc accidit cum eis repente & quidem vi papilla detrahitur, hinc cautè tractandi tenelli.

## X.

Vermibus repleti infantes noctu multum bibunt, vexantur in somnis, inquieti linguam fugunt, tussiunt, nares scabie fœdatis, & similia multa reperiuntur.

*Van Helmont* in genere hic laudat *Mercurii vivi decoctum* pro lubitu propinatum.

Ast cum diversa dentur vermium genera, opus quoque erit singulorum instituere considerationem.

*Lumbrici die Spulwurm/ ob signaturam itadieti optimè necantur myrrhinis, qualis v.g. est *Tinctura salutis*, & similia purgantibus quodammodo remixta. Sic*

*R. Radic. mechoac,  
jalappa.*

*corol-*

*corallinae.*

*C. C. usti ana.* 3. ℥.

*myrrha* 3. j.

*olei citri stil. gutt. v.* misce, fiat

Pulvis cuius dosis variat pro ratione.

*Vel* 3. *sem. cannab.* 3. ℥.

*cirri.* 3. j.

*aq. flor. persic.* 3. iiiij.

fiat Emulsio, cui adde *corallinæ*.

*C. C. usti ana.* 3. ℥.

*spir. cirri.*

*unet. myrrha ana.* 3. j.

misce pro 3. dosibus.

*Vel* 3. *lap. prunell.*

*corallinae.*

*C. C. sine igne ana.* 3. ℥. misce.

*Vel* 3. *spec. diaturb.* cum *rhabarb.*

*corallinae ana.* 3. j.

*cinnab. antimon.*

*salis volat. C. C. ana.* 3. j.

misce, detur à 3. ad 3. j. plus vel minus pro  
ætatis ratione.

Si infantes sint nauseabundi, externè um-  
bilicus, venterque inungantur *oleo Maxwellii*  
*ex aloe, myrrha, & felle tauri* destillato, vel *Vn-*  
*guentum Lessenii* umbilico superimpone, aut  
*pomum colocynthidos discissum & cum felle tauri*  
*sixum calidè quam ferre æger poterit, ap-*  
*plica aliquoties repetendo.*

Fff 4

Hec

Helmontii sententiam, videlicet quod quo fermentum fellis haud pertingat lumbricorum extet patria, à scopo haud alienam indicant omnibilem confortantia amara scilicet, qua ut plurimum lumbricorum hostes existere experientia docuit: cum enim hoc principale fermentationis instrumentum in infantibus copioso sæpe accedente lacte acescente obruatur, non mirum fœcunda exinde propullulare putredinis producta, vermes scil. à quibus alimentum interceptum, vel varie alteratum, aut stagnans, glandulasque mesenterii infarcieus cum abdominis sæpe protuberantia, ac ita denegato nutrimento atrophiam contrahat, accedente plerumque alvo laxiore.

Quemadmodum vero ab his in primâ concoctione vel primis viis nutrimentum invertitur & corpori detrahitur, sic datur & aliud vermium genus quod id in ultima digestione demum corpori aufert, ac comedones propterea vocantur, cum nutrimentum comedendo largius absument. Crinones etiam audiunt, quod sub crinium forma sæpius per cutis poros prominere soleant.

Horum cura sit tam præservativè quam curativè per balnei repetitum usum, quod optimè sit ex aquâ dulci cum modico melle, quo hujus dulcedine allecti vermiculi per poros capitibus

bus suis prominentes commode scalpello vel crusta panis acuminata, vel unguibus abradi possint, eo vero in loco ubi vermiculi abrasi fuere, oriuntur ulcuscula paryula à parte vermiculi relicti, quæ tamen per se intra diem septimum sonantur.

Alii optimo cum effectu fuliginem camini cum melle & lacte mixtam dorso illinunt, postea vero aquâ decoctionis Mercurii sâpe abluunt, ac his sâpius repetitis comedones auferunt.

Accidere vero non raro solet, quod quo plus mediante balneo alliciamus & extrahamus dictos vermes, tanto plus de novo regenerari ansam demus, magna cum admiratione. In hoc vero casu detur balsamus sulfuris imprimis succinatus legitima & repetita dosi, ac felicissimè curantur, illi verò quibus hic balsamus exhibetur, toto corpore ejus odorem spirant.

Est & alias vermis qui hinc inde pertumores se prodit, & tandem exulceratur, actum mox hic sanatur rursus, mox vero albi de novo exulceratur, nicht anders / als wie die Pferd so den Wurm haben : curatur vero hic vermis balsamo sulfuris, tam internè quam externè adhibito, & decocto Mercuriali propinato.

Multi præterea in verminosa intestinorum constitutione admodum laudant Mercurium

Fff s dul-

8:6 *Medici pref. seculo accommod.*

*dulcem*, at hunc infantibus non tutò propinati  
*Glauberus p.2. Furn. Phil.* defendit, cum eorum  
osfa & nervi nondum fitmati sat sint.

Interim tamen si expellentibus maritetur,  
laus ei denegari minimè nequit, principaliter  
in paulo robustioribus, nihil enim sub Sole ver-  
mibus plus adversari Mercurio quovis modo  
adhibito *van Helmont* toties inculcat, etiam  
*solo potu*, quippe qui necet *lumbricos* & *ascarides*  
*universas*, existentes etiam quo potus ille nun-  
quam perveniat, ulcera vero verminosa curet  
sola ejus affusione.

Dulcia ad vermes necandos minimè pro-  
funt, nisi ut eis decipientur, ac sub iis fel & ve-  
nenum contra vermes abscondatur.

Pediculi item hoc referantur: necantur ve-  
ro illi in capire *decocto nicotiana & sylvestris*, sive  
*hyoscyami lutei*, vel item *Decocto fol. tabacum*  
*lixivio facto*.

Vel sume cocularum do *Levante* num. octo,  
contusa frixentur *cum butyro*, ac expressum  
servetur, si hujus tantillum capiti illinas subito  
moriuntur pediculi quos modo linimentum  
hoc attingit, si vero locus aliquisin capite hoc  
linimento haud illitus restet, omnes reliqui  
pediculi se illuc congregabunt, hinc diligens  
sit inunctio quo totum caput, parce tamen in-  
ungendo, attingatur.

Quo

Quo vero tum ulterius lentes à capillis se-parentur cum lixivio & sapone veneto diligenter abluantur. Prae præservatione à pediculis amuletum suppeditat camphora, hanc qui secum gestat pediculis raro corripi experientia docuit: quod idem præstat Zibethum inducio vel vestibus inunctum.

## XI.

*Epilepsia* si infantes adoritur, probè obser-vandum num à variolis vel dentitione, vel ery-sipelite, vermicibus, flatibus, aut simpliciter à ce-rebro ortum trahat, absque hac enim cautela omnia irrita deprehendes.

Si à variolis erumpentibus, expulsioni ca-rum insistendum, saepius accidit vomitus, & tum cessat epilepsia, præprimis si alvus li-bera.

Si à dentitione alvus fluida, bonum por-tendit.

Si ab erysipelite & vermicibus, expulsiva exhi-beantur.

Si à flatibus quos murmura, ructus & ven-tris crepitus indicant, cum clysteres, supposi-toria, &c. opem ferunt.

Si à

*Si à cerebro ortum ducat epilepsia, malum est, sàpè namque recurrere solet, & plerumque membrum aliquod vel incurvatur vel claudum redditut.*

In genere minera morbi si in primis viis hæ-  
rere suspicetur, eliminetur mediante *sulfure antimonii*, postea verò antiepileptica genero-  
siora in usum veniant. Inter quæ hic excellunt *Essent. myrra. Tinct. castor. spir. salis armon. sal. volat. oleos. liquor C. C. succin. Essent. succini, hyperici, externè olearium succini, rorismarinij &c. v. g.*

*Br. Aq. flor. thilia.*

*beton.*

*fænicul. ana. 3. ij.*

*Tinct. succini.*

*spir. salis armon. ana. 3. j.*

*Essent. myrra.*

*castor.*

*anodyn. ana. 3. 8.*

*flor. hyperic. 3. j. 8.*

*syr. de betonica. 3. iiij. misce.*

hoc cochleatum sapius propina.

Si pulvis arrideat,

*Br. Cinnab. nativ.*

*antimon. ana. 3. j.*

*ocul. 69. prap.*

*smaragd. prap. ana. gr. xv.*

*salis C. C. vol. 3. j.*

*land.*

land. opiat. gr. ij.

campkor. gr. v. misce.

Dosis 3. 3. j.

Vel Be. Salis. C. C. vol. gr. xv.

C. C. sine igne 3. j.

magister. succini 3. 3.

misce, Dosis 3. 3. j.

Vel 3. Salis. vol. Cran. human. 3. j.

magister. succini.

glaure Augurelli.

Cran. human. philosoph. calcin. ana. 3. j.

olei. lavendul.

rorismarin.

succini ana. gutt. iiij.

misce, fiat pulvis.

Externè spina dorsi illatur diligenter hoc,  
v. g.

3. Oleilumbric. terrestr. 3. R.

castorei.

succini.

lavendul. ana. 3. j.

spir. salis armon. 3. ij.

misce.

Natibus admoveatur saepius spir. salis armoniaci, vel tinctura castorei cum menstruo volatili extracta. Præterea optimè conducunt fonticuli in nucha.

Ante omnia hic notetur, ne pueri mormolyciis, spectris vel similibus minitentur, præterquam enim quod hoc noctu sape eis terrorem incutiat,

§30 Medicis præf. seculo accommod.

cutiat, veletiam convulsiones epilepticas cau-  
set, id mali plerumque habere solet, quod per  
omnem vitam timidos reddat, imprimis noctu-  
ne unquam cordati evadant. Potius ideo timor  
de spectris eis adimendus, quo loca ignota noctu  
frequentare discant absque timore, è contra  
vero timor erga Deum, erga Parentes,  
Præceptores ac Præpositos eis injungatur se-  
dulo.

## XII.

*Curiosum fascinationum opus hic trutinan-  
dum venit, quippe non raro tenelli his affi-  
ciuntur, cuius signum ejulatus nimius, inqui-  
tudo, atrophia, sudores continui in fronte præ-  
primis, ac venæ frontis elatae.*

*Modus actionis vel operationis abstrusus  
nec cuivis credibilis. Nam nec in primis, nec se-  
cundis, nec tertius vel quartis qualitatibus  
hæret.*

*Fit verò per oculos & aspectum. Hoc autem  
qui intelligere vult, eum oportet rudimentorum  
naturalis Magia non esse imperitum, sed Me-  
dicinæ insuper staticæ & doctrinæ de spiritibus  
esse gnarum: Principia verò qui petit, aut op-  
ponit ex hodierna Philosophia corporali, ille sanc-  
tultescit.*

Fit

Fit vero ut dictum fascinatio non ore, licet  
sæpius per halitum, sed plerumque oculis, non  
raro etiam solâ præsentia, ubi halitus noxii vel  
inimici de toto corpore insensibiliter emissi  
lædunt.

Menstruatarum autem omnium fertè natu-  
ra fascinatrix, maxime tamen scortarum ve-  
tularum, quæ vel per morbum, vel per se-  
nium mensibus non amplius purgantur, &  
tum plerumque fascinatrices evadunt.

Dantur etiam quæ omni tempore sunt fa-  
scinatrices vel fluentibus aut subsistentibus  
mensibus: *Sic novi fuisse quandam vetulam,*  
*cujus filiam & neptim, ac totam quasi integrum*  
*familiam non fluentibus solum mensibus sed omni*  
*tempore fuisse fascinatricem compertum erat,*  
*bis supercilia erant conjuncta, hæ cum accusa-*  
*rentur de se factæ & cujusdam fascinationis, liben-*  
*ter de suis vestibus quid concedebant, ut hoc suf-*  
*firentur infantes fascinati ac ita restituerentur.*  
- Atque hæc malitiosa naturæ indoles ipsiis bene-  
nota erat, notum etiam ipsis, quod si aliquid de  
suis vestibus pro suffimento darent, hoc me-  
dio curarentur infantes.

Hæc peculiaris natura fascinatrix est, & po-  
test per rationem ab illis inhiberi, si nomine  
Dei infantibus benedicant, v. g. **Dass dich**  
**Gott behüte.**

Fit

Fit item sæpius quod hæ fascinatrices teneras plantas inficiant, ut si in agro hoc fiat, exactè centrum observari possit quo fascinatrix pedem fixerit.

De menstruatis aliis quæ acetum, cereviam vel vinum vapescere non raro, quando tractant, faciunt, non hic dicendi animus.

Sic & invidiae fascinum ab his vix differt, quod etsi multis paradoxum esse videatur, equidem tamen rem certam esse constat, licet in quatuor elementaribus non hæreat qualitatibus.

Certissima fascinationis cura habetur ex suffimento à fascinaticis vestibus, volentibus nolentibus, scientibus vel ignorantibus desumpta particula facta; modo nota sit fascinatrix. Si verò hæc nota haud sit, sufficiatur infans myrrhā, thure, succino, origano, anthyrhino, ~~camillis~~ Veneris &c.

Quo verò ab hoc malo tenelli præserventur multi laudant *corallia appensa*, sed hæc longè antecellit *Electrum minerale immatum* ab Helmonte & Polemanno adeò commendatum, vel caput allii aut frustulum panis gestatum, vel item *Carlina sive chamaeleo niger* tempore convenienti collecta: sed tum aliorum infantium consortium vitet, quia eos debilitat fascini ad instar subducendo illis spiritu, actio-

actionibus vitalibus destinatos : gestantem  
verò confortat & pinguefacit, nisi quod pusil-  
lanimum & timidum eum reddat : (cum fasci-  
num etsi spirituale quid sit, tamen agat in fa-  
cultates & actiones corporales non verò spiri-  
tuales.)

Res mira creberimis exemplis comproba-  
ta: ejusdem verò operationis est hæc radix in  
bestiis jumentisque laborantibus vel in agro  
sub aratro vel in via sub onere, vel in comiti-  
bus in itinere.

Non hic tacenda fascinationis species quæ  
sæpè accidit, cum infantes loqui discunt, v. g.  
*si duo infantes se invicem adhalant, quorum at-  
ter loqui incipit, alter verò nondum, tum iste in-  
fans non amplius loquitur donec hic itidem loqui  
incipiat.* Res certa per experientiam, & modus  
inficiendi idem qui in oculis, eis si causam nesciant  
Medici elementares.

### XIII.

*Infantes ablactati si dolore colico corripiun-  
tur (in lactentibus namque plerumque ab ery-  
sipelate fit) causa ut plurimum à flatibus est, à  
cibis copiose ingestis, vel à frigore.*

In hoc casu detur *Balsamus sulf. succinatus,*  
*anisatus vel antimoniatus, aut oleum carvicum*  
*Ess. myrrha, sale volatili oleoso & similibus.* Ex-  
ternè venter & ventriculus inungantur dili-

genter oleo Chamomill. cœruleo , vel petroleo,  
aut absynth. still. &c.

Si flatus sint sola & præcipua causa , *nitrum crudum depuratum à gr. v. ad 3. j. propinatum omnem paginam absolvit.* Finitur verò motibus somno & sudore absque quibus alia irrita.

## XIV.

*Intertrigo si cuticulæ tegumento tenellam cutim spoliarit , Cl. Ettmüller laudat terram vitrioli dulcem per nodulum inspersam : Nil verò magis hic conductit quam diligens balneatio , & ablutio, præprimis si cepæ recentes aquæ balnei infuse fuerint , ac tum simplex etiam pulvis è lignis cariosis collectus, vel lycopodii semen sufficit.*

## XV.

Non rarò luxatio vertebrarum colli accidit à multis umbilici luxatic credita , tum vomunt & calore vexantur febrili , inquiete , vigiliis , diarrhæa & similibustandem verò atrophiam incurunt lethalem.

Cognoscitur dicta luxatio , si infans oculos ad genua flectere & eis imponere difficulter possit , & facies promineat.

Curatio hac fit methodo , infans videlicet capite attollitur manibus infra aures appositis , ac caput hoc illuc vertitur aliquoties , ac tum reponitur infans inclinato capite antrotsum , & si luxa-

luxatio restituta omnia subito cadunt symptoma vomitus scil. & reliqua: Postmodum vero ad nervos rursus confortandos externè balsamica nervina exhibeantur, ad diarrhaem vero sistendam *succus cydoniorum cum vino è canariis allato*, aut similia propinentur. Consule de hoc affectu *Roonhusium in den Heils-Curen von der Übersogenheit.*

## XVI.

*Sepiùs infarates vomitus excruciat*, & si hic per essentiam affligat, non sistendus antequam vitiosus mucus per se evacuatus fuerit. *Lactentibus enim admodum convenit ut singulis octo vel 14. diebus semel rejiciant lac superflue ingestum acescens*, hoc enim à Colica ac epilepsis præservantur.

Externè tamen non inconsultum erit externa confortantia adhibere, quale v. g. est *oleum absynth. still. macis still. vel Empl. ex therriaca pulvere nucis moschatæ & cinamomi conspersum*, si vero vomitus non cesset, *sola melissa manibus trita & naribus admota eundem sistit*. Vel *liquor. C. C. succinatus, Tinct. anodyna, Tinct. lapid. hemat. Elixir proprietat. alcalisat.* *Essent. succini, syr. cinamomi & similia omnem tandem paginam absolvant.*

Et si diarrhaea infestet, è *C. C. parata medicamina in usum veniant, non enim est securius,*

facilius & magis  $\pi\alpha\lambda\mu\chi\sigma\nu$  pro pueris quam C.C.  
ustum & radices pæoniae.

## XVII.

*Si tussis molestet, ac is ex stomacho, tum vomitus præsens levamen affert.*

Si verò à materia acida, pituitosa, nimis viscosa, difficulter móbili, stertorem anhelando procreante, ubi pronis non raro ipsa pituita effluit, tussis oriatur, tum vomitorio præmittatur syr. de erysmo cum aqua hyssopi vel mentha, vel liquor è raphano in taleolos scisso & saccharo candi largitur asperso defluens.

Si verò in pectore potius & larynge actis lympha tussim excitet noctu excruciantem, sperma ceti in juscule calido propinatum convenit, vel item spir. salis armon. anisatus, liquor. C. C. succinatus à Cl. Ettmüllerо adeo decantatus, &c.

Externè optimo cum successu fit unguentum ex capitibus allii cum axungia suilla in mortario lapideo contusis, in forma Emplasti pedibus applicandum per noctes repetitas.

Adultioribus præter pediluvia ex alliis, malva, lixivio facta caput humectetur cum Essentia succini.

Pectus verò inungatur cum unguento Pectorali, ac ita ferina etiam tussis cedere cogitur.

## XVIII.

Oritur sa  
plasto das  
palmonibus  
te or ali dicu  
bos deglutin  
sunt, sed non  
spirant, pecc  
trahuntur,  
In hoc a  
ritentur,  
propinetu  
spiculat

fiat Pulvis  
bendus,

Extern  
prime suc  
in forman  
ge fortiter

Oritur p  
impuro ac  
gatur in ep

## XVIII.

Oritur s̄epissimè cordis coarctatio aut præclusio das Herzgesperr / à materia viscida pulmonibus infarcta, vel ibi genita, vel à capite ut alii dicunt jam transmissa! in hoc casu cibos deglutire absque difficultate quidem possunt, sed non semper bibere, tunc quando respirant, peccus & costæ ita coarctantur & contrahuntur, ut s̄epius frangi velle videantur.

In hoc affectu saccharata & dulcia omnia vitentur, ac præter balsamica interna s̄epius propinetur hic pulvis expertus, quantum cuspis cultelli capit : v.g.

Rz. radic. ireos flor. 3. ii.

sacchar. cand. 3. iii.

corallor. prep.

fem. violar. mart.

equileg. ana. 3j.

baccar. hedera arbor. 3B.

fol. aurinum. 1.

fiat Pulvis subtilissimus cum syr. violar. exhibendus.

Externe Rz. Cepam sub cineribus assatam, exprime succum & ei commisce axungiam caponis in formam linimenti, ac hoc diligenter inunge fortiterque præcordia & hypochondria.

Oritur plerumque hoc malum ex sanguine impuro acido, qui ex arteria venosa illuc abegatur ineptus ad generationem sanguinis arte-

riosi, hic vero modus quo scorbutici fiunt phthisici & hectici non est insolens.

## XIX.

Datur porro alia infantium ægritudo, ubi præter appetitum prostratum multum bibunt, præprimis noctu, contabescunt, præter ventrem qui intumescit ac indurescit, sunt inquieti, pallescunt, aliqui nares scabiosas habent, & aliqui tussi siccâ vexantur.

Causa ut plurimum est ab hepatis vel lienis scirrho, & quandoque simul vermes adesse apparet.

In hoc casu et si purgantia malum haud tollant, quandoque tamen necessaria sunt.

Ex omnibus Balnea effectum præstant optatum ex herba cruciata confecta & saepius adhibita.

In ordinario potu eis detur spir. salis aut vitrioli volatilis, imprimis si noctu multū bibant.

His vero nil efficientibus sudorifera volatilia saepius laudata rem expedient.

## XX.

*Si post casum vel lapsum tubercula exoriantur*, cultro vel alio instrumento ferreo fortiter comprimenda saepius, quod si haud sit, in ganglia non raro degenerant. Si vero tuberculum diutius maneat, inungatur oleo petræ in quo camphora soluta.

Si na-

par  
Si urinam  
manum in bu-  
ti continuo  
perfam habeat  
Verruca, c.  
cum camphor  
membrorum  
durius absur  
Oleum Me  
ne verrucas  
Si urina  
nam redd  
dunt ejula  
laboran  
In tali  
diuum est  
ad 3.3. (z)  
cunius, &  
quardam  
dicum qu  
magnific  
diuturnis  
Infan  
nent, ni  
re, & ad  
successive  
septimana

*Si narium hemorrhagia vexat, usnea cranii humani manibus contineatur donec incalescat, & si continuo hac vexantur usneam collo appensam habeant.*

*Verrucae, clavi, calli, ganglia &c. oleopetra cum camphora obediunt, hoc enim omnes membrorum, tendinum, & ligamentorum durities absunit.*

*Oleum Mercurii nigrum etiam unica unctio ne verrucas tollit.*

### X XI.

*Si urinæ ardor infantes excruciat, tum urinam reddere metuunt, & quando eam redidunt ejulant, & prius non, secus quam si calcu lo laborant, ubi dolor est continuus.*

In taliurinæ ardore præsentissimum remedium est pulvis carbonum thiliæ vel salicis à Æ. B. ad 3.ß. Iæpius datus: non habetur facilius, securius, & efficacius medicamen, quo anicula quædam alieno nomine consilium apud Medicum quæritans, intra semihorulæ spatium magnificum illum pudefecit Doctorem cum diuturnis suis & operosis medicationibus.

Infantes quando noctu urinam non retinent, nil melius est quam noctu eos exfuscare, & ad urinam reddendam instigare, sed successive tardius hoc fiat v. g. si per quatuor septimanas horatertia matutina fuerint exci-

tati & instigati, tum postea tardius scil. hora quarta id fiat, & ita successive donec affluescant urinam continere per noctem, & mane eam reddere. Hoc remedii genus in hoc casu certius est quam omnia alia medicamina. Potus tamen nimius eis haud concedatur, & saepius ad sudores compellantur, quo sic natura per poros serum evacuate dilcat, ne omne per urinam ducat: *absque sudore enim raro homo sanus degit, quippe qua sanitatis regula in paradiso promulgebatur, scil. in sudore vultus tui comedes panem tuum: pena sanè talis quam nil homini ad sanitatem conservandam datum est melius: etenim quod Deus ordinat, semper bonum.*

## XXII.

Morbus etiam non raro totis familiis hæreditariis infantes affligere solet, *Gibbus* scil. qui quibusdam ex peculiari astrorum influxu ortum ducere creditur.

*Fit vero ex vertebrarum dorsi, ossium item & ligamentorum pectoris mollitie, vel succo superfluo affluente & in excrescentias cartilagineas tandem indurescente.*

Curatur ut plurimum inunctionibus & balneis, sed quæstio an recte? & quæritur, cur magnatum saepè infantes delicate educati his afficiantur, raro rusticorum: exemplum transfera.

feratur ad usum mollities namque plus obest quam prodest.

Sic arbores juniores baculis alligati nunquam ita crescunt & crassescunt, quam quæ liberiori aeris motui relinquuntur.

Sed vide quid *Mercurius coagulatus* exter-  
nè applicatus & fortiter alligatus, ut & *petro-  
leum cum camphora* diligenter illitum præstet.

Atque hæc sunt B. L. quibus hunc meum Medicum exornare hac vice volui, sed cum multa restent, hinc Practici experientes ultiorem & diligentiorem admoveant manum,  
quo tandem unisona medendi efficax me-

thodus, ac optatus semper  
emergat.

F I N I S.

